I. PETRI MOLLIGNATI
I. C. VERCELLENSIS,

A Caſtro Candeli,

DE VENATIONE FERARVM
TRACTATVS

PARS PRIMA:

Cauſarum patronis admodum vtilis, vt quæ de Venatione, tum conſulendo, tum iudicando reſpondere veridice habeant in frequenti controuerſia inter DD. & ſubditos accurate cognoſcant.

Indice Q.Q. locupletiſsime exornatus.

Ad Perilluſtrem D. Comitem Gattinariæ.

VERCELLIS. M. D. X C.
Apud Franciſcum Bonatum, eiuſdem Vrbis Typographum.
Ad inſtantiam ſiue impenſis Io. Franciſci Pelliparii.

14Φ9689

PERILLVSTRI,

ET MAGNANIMO VIRO *MERCVRINO PHILIBERTO*

ex antiquiſsima, & nobiliſsima Arborienſium progeniæ
GATINARIAE COMITI,

ac pro Catholicho, & Potentiſsimo PHILIPPO Hiſpaniarum Rege ſub Inuictiſsimo CAROLO EMANVELE Duce SABAVDIAE, equitum grauis armaturæ ſignifero optimè merito.

I. Petrus Mollignatus I. C. Vercellen. Salutem.

NIHIL mihi gratius, aut iucundius hoc tempore contingere potuit, quàm vt tandem aliquando ſtudiorum meorum curſum conficerem, ac diuturnos labores, vigilias, lucubratiunculasq. meas peruulgandas, ac in lucem edendas conſtituerem. At verò cogitanti mihi, quonam potiſsimùm tutore eas in manus hominum abire ſinerem, ſtatim tuæ dignitatis, auctoritatis, atq. ſplendoris tutiſsimum patrocinium ita ſeſe bellè obtulit, animoq. inſedit, vt in quem alium oculos conijcerem, haberem neminem. Neq. hoc ſanè immeritò; Tu namq. Inuictiſsimo Sabaudiæ Duci Carolo Emanueli eximio es ornamento, atq. ſplendori; Tu non modò familiam tuam, quę & antiquiſsima, & nobiliſsima eſt, verùm etiam non ſecùs, ac eam olim ex maioribus tuis vir Illuſtriſs. Mercurinus, & auxit, & ornauit; quippè qui primùm ob pręclara facta apud Carolum V. Imperatorē

magni Cancellarij eximio munere ſumma cum laude eſt pfunctus; deinde in ampliſſimum Cardinalium Collegium eſt cooptatus; Tu, inquàm, non familiam modo, verũ etiã prouinciã hãc vniuerſam dignitatis tuæ amplitudine, & virtutum, ac rerũ geſtarum ſplendore illuſtras; ex quo fit, vt oẽs te & ſumma beneuolentia diligere, & ſingulari obſeruantia colere debeant. Quamobrem his ego, & alijs optimis cauſis adductus iamdudum optaueram aliquã animi ergà te mei ſignificationem dare. n. hil. n. vmquà mihi antiquius fuit, nihil optatius, quàm vt illã ſingularẽ voluntatis meę propenſionem, quæ me naturali quodã inſtinctu ad te amãdum, colendumq; compellit; non communi aliquo officio declararem; ſed me meum ingens deſiderium, vel imbecillitas ingenij mei, vel pudor quidã, vel conditionis meę tenuitas citiùs explere prohibuit. Nunc autẽ libello, cui titulus eſt De appellatiua verborum vtriuſq. iuris ſignificatione iã edito, oblatã mihi pręclaram hanc occasionem, qua ſi non omnino, at aliqua ex parte ſingulare ſtudium erga te meum ſignificarem ſtatim auide arripui, atq. iſtos meos labores ex legum fontibus deprumptos tuo nomini conſecrare decreui. Cui. n. rectiùs hęc mea ſcripta committerem, quò ab inuidorum obtrectatione defendi poſſent? cui meliori, ac præclariori patrono commendarem? tui ſiquidem generis, atq. familiæ nobilitate, tota hæc prouincia nedũ patria mirificè ornatur, ac illuſtratur; in qua nimirum nobiliſsima progenie, & floruerunt aliàs, & noſtra hac ætate floreſcũt Perilluſtres viri Alexander Signorinus eques Hieroſolymitanus, Georgius, & Aurelius fratres tui amantiſsimi

omni

omni vitę integritate, ac virtutum genere ornatiſsimi ex qua præterea Arborienſium domo non pauci, & optimi, & grauiſsimi Gatinariæ Comites exorti ſunt. quorũ profectò laudibus ſi quid ipſe addere conarer, (quod ſatis dignè haud facilè pręſtare poßem) adulandi potius, quàm laudãdi partes ſuſcepiſſe viderer, quod tum ob iſtam, quam dixi, caußam, tum quòd non eſt huius loci, ommittendum cẽſui. Accipe igitur hoſce ingenioli mei fructus exiguos maximos tamen si animum, à quo illi dimanant, attendas. Neq. verò is es, qui in acceptandis muneribus rei magnitudinẽ potius, quàm offerentis animum ſpectes. Ea autem si tibi, grata extitiße cognouero, id mercedis loco accipiam, ac deniq. labores meos me minimè fruſtra, neq. tempus triuiſſe arbitrabor, nec non alacriori animo in reliquum tempus ad maiora, tuoq. nomine digniora pręſtanda concitabor.

Vale.

ILL.RI ADMODVM R.DO

IVRIS VTRIVSQ. MAXIME PERITO

ARCHIPRESBITERO DIGNISSIMO,

& Vicario vniuerſæ Eccleſiæ Vercellenſis vigilantiſsimo

IO. BAPTISTAE NOBILI PATRITIO LVCENSI

Domino ſuo.

Franciſcus Bonatus Typographus. S. P. D.

EX omnibus rebus humanis, in quarum cupiditatem homines incidere ſolent, nulla eſt, quę magis me delectet, clariſsimorum virorum amicitia; quā ſi aliquo officio aſſequor, cętera, quę non nulli admirātur, ita contemno, vt ea parta, me beatum putem; eoq. iucundius, cum hanc animi mei propenſionem ad eos amandos, & egregiam benemerendi voluntatem viros tui ſimiles amplecti non obſcura aliqua ſignificatione perſpicio; ſic.n. afficior, vt loco ſummi beneficii ponam. cumq. tu clarus ex recte factis, ꝙ ſemper in toto curſu vitæ tuæ laudabiliter vixeris, iam antea inſignitus pręclaris muneribus mihi occurriſſes, in quibus obeundis non modo te ipſum viciſti, ſed opinionem multorum ſuperaſti, in quo egregia cum tui nominis laude expectationem Illuſtrium virorum expleuiſti, ſic beneuolentiam tuā expetiui, vt nihil ardentius, qua cum me non excluderet humanitas tua, tāta lætitia & iucūditate ſum perfuſus, vt oīa bona me aſſecutum putem; eoq. magis, cum eādem bono Typographię noſtræ confirmatam perſpexi, non.n. is eſſem, quem mea natura finxit, ſi te ſtudioſiſsimè non colerem, quem oībus notum non magis honeſtiſsimis moribus, quàm multiplici variarum rerum ſcientia, & p̄cipuè iuris prudentia obſeruarunt, & in primis Aloyſius ille Heſtenſis Cardinalis oī memoria dignus, iudicio acerrimo pręditus in deligendis hominibus, qui & moribus, & ingeniis plurimum valerent, bene vidit hic p̄ſtātiſsimus Princeps, quam egregiè eſſes peritus

ad

ad reſpondendum, ad agendum, & ad cauendum in iure, hæc enim tria iuris peritorum maximè propria in rebus humanis gerendis tanta cum tua laude, & voluntate huius Principis pręſtitiſti, vt animi tui ęquitatem, & moderationem in omnibus actionibus admiratus te auditorem ſuum (vt appellãt) expetiuerit, & expetitum delegerit, non.n.eius opinionem in eo munere auditoris feſelliſti, nam tibi amorem, quem debere dicebat, præſtitit, multa.n.ſtudia tuæ fidei, & integritati debita perſoluit. ſed Præſtantiſsime vir, non hic tuæ virtutis terminos conſtituiſti, nam cum GVIDVS Ferrerius, omni prædicatione dignus, præſtantiſsimus Cardinalis, decus Sacri Collegii bene ſciret, magiſtratum (vt inquit ille) virum arguere, ſtatim rebus ſuis gerendis te præfecit, quo in munere non ſatis conſtituere poſſum, plus ne tu virtuti, an illa tibi debeat, conciliaſti.n.tibi tuis pręclaris actionibus amorem, & ſtudium illius religioſiſsimi Principis, & ad virtutem colendam tuo exemplo multos, qui rectis vtuntur ſenſibus, excitaſti, quid de IO. FRANCISCO BONHOMIO Epo Vercellenſi, pietatis in Deum verè exemplo, & chriſtianę religionis acerrimo ꝓpugnatorę? non ne hic quoque ſua ſponte te ſibi ob ſingulares animi dotes, & perpetuitatem virtutis tuę in rebus peragendis auidiſsime præfecit? Iure igitur habes hanc, quàm non à te expetitam, ſed quodã Diuino afflatu concitatus Clariſsimus vir M. ANTONIVS VITIA ſingulari Dei beneficio, præter omnem eius expectationem, nullo præſidio humano, virtute tantum duce, Vercellenſis Epiſcopus creatus, omnibus, & CAROLI EMANVELIS Sabaudiæ Principis religiosiſsimi, & aſsiduè excubantis animo in cura Reipublicæ Chriſtianæ defendendæ, & Sacri Collegii Cardinalium ſuffragiis ſtudioſiſsime detulit. Interea cum hanc meam insitã tui colendi cupiditatem cuperem explere, cenſui quaſi pignus amoris mei in te, & ſtudii obſequendi tibi, hæc egregia de Venatione à Io. Petro Mollignato iuris peritiſsimo conſcripta typis publicis mandanda, operam mihi dandam, eſſe vt in tuo nomine inſcripta apparerent, tu quando à tua beneuolentia me nõ excluſiſti, tribue hoc tibi, vt me perpetuò ames, ego verò quantum in me erit, conſtantiam officii mei in tę perpetuò tuebor. Vale.

LECTORI.

SI quanta ſit vtilitatis prȩſens de venatione tractatus (benigniſsime lector) dicere conarer, fruſtra in hoc demonſtrando deſudarem, ſi quidem quid momenti ſit, quidue fructus ſecum afferat, patere certo ſcio; & tu potes ſi expertus in quanta ſȩpe numero calamitate ſubditi cum dominis ex tot ortis, & qui oriri poſſunt differentia, exiſtant: quotidie enim vides per ſuperiores fieri proclamata prohibitiua venandi quæ an iure vel iniuria procedant opponitur: Hȩc itaq. in hoc paruo opuſculo per me ad ſtudioſorum vtilitatem conſcripta plurimũ fructus paritura legas, qualiacunq; ue ſint læta fronte accipe, eaq. benigno aſpectu reſpice, & ſi digna videntur prouehe, & bene Vale.

IO. BAPTISTAE A SCALIS I.V.D. CIVIS Vercellen. Ad authorem.

PRimitus,& doctè,ſcripſiſti, PETRE, volumen
De appellatiuis, Dictio quid uè feret;
Primitiis iſtis nec dùm contentus, & vnum
Mandaſti Typis en opus, ac aliud;
Quo retinere doces, uè reconuenire volenti
Diuerſis chartis, dogmata multa tuiş
Nec ſatur, hoc quartum nunc profers tempore fœtum,
Et placidum,& dignum, dum meliora paras;
Virtutis monumenta tuæ, vigileſq. labores
Hii, ſunt, qui reddent & decus, ac odium,
Talia perpulchro dùm tractas ordine, nobis
Doctrinam, Doctis commoda multa refers,
Non tibi deficiet mordax, quæ ſcommata, lingua
In te falſa dabit, curculione graui,
Torua boans vox, & tumidus tùm vultus, ocelli;
Contra hęc vibrabunt conuitia,& Rabiem,
Tu tamen Inuigilans, nè cures verba malorum;
Quo modo cæpiſti, perfice ſcripta lubens;
Et propera in pelago venari abſcondita Iuris,
Clareſcet virtus ſic, inaperta docens;

EIVSDEM, AD LECTORES.

O, Nemorum ſtudioſe puer, cædiſq. ferinę
Aſſueti ſyluis vos iuueneſq., viri
Diſcite, floridulos diſperſos hactenùs, vnà
Congeſtos, facilis nam; noua reſq. datur:
Vmbroſas canibus qui poſsint cingere ſyluas,
Qui prohibere, quibus pęna ferenda grauis,
Hic ſcripſit breuiter, quod caſibus, omnis in octo,
Venandi decies Materies, pateat:
Et facile, & clarè ſcriptum, tu perlege lector,
Nec ſpernas tantæ commoditatis opus,
Sæpiùs ex minimis ſuccedunt grandia multum
Rebus. & exiguis vtile ſuggeritur.

INDEX

INDEX QQ.
totius primę partis.

q.1 QVID ſit venatio.
2 Quotuplex ſit venatio multipliciter exponitur, vt quædam ferina, aucup. & piſcar. ſit, rurſus quædam oppreſſiua, adulatoria, arenaria, ſaltuoſa, & clamoſa, ſpatioſa, ſeu recreatiua, & quæ fit cum rete, ſeu laqueo.
3 Quid veniat appellatione ferarum.
4 Venatio cuius iuris ſit.
5 Venatio quæ nam licita, & non, & primo de oppreſſiua.
6 Venatio adulatoria an ſit licita.
7 Venatio arenaria an licita.
8 Venatio ſaltuoſa, & clamoſa an licita.
9 Venatio quieta, ſeu cauſa neceſſitatis, vel recreationis an ſit licita.
10 Venatio quæ fit cum rete, ſeu laqueo vel piſcando an licita ſit.
11 Venatio vbi fiat regulariter, & quid ſit nemus, ſylua, & barcus.
12 Quibus modis fiat venatio.

13 *Quo tempore liceat venari.*

14 *Quo in loco liceat venari, & an in alieno.*

15 *An venari liceat in alieno Domino fundi prohibēte.*

16 *An capta ex venatione in agro alieno contra voluntatem domini ſint reſtituenda.*

17 *An contra venatorem ingredientem agrum alienum inuito Domino detur actio, & qua ſit illa.*

18 *An ſit dare cautelam quod capta in agro alieno inuito Domino non efficiantur capientis.*

19 *An Dominus poſsit reſiſtere manu venatori volenti ingredi fundum ſuum.*

20 *Venator an poſsit retineri per Dominum prohibentem ingredi fundum ſuum vt reddat quod cępit.*

21 *Venator ingreſſus fundum Domino non prohibente, an poſtea expelli poſsit.*

22 *Venatores an poſsint vti armis in venationibus.*

23 *Venatio an poſsit prohiberi ne fiat certis inſtrumentis.*

24 *An id quod dicitur quem poſſe ingredi fundum alienum cauſa venandi procedat iure ſeruitutis, vel iure cuiuſdam facultatis a iure communi conceſſæ.*

25 *An de venatione ſoluenda ſit decima, cui Eccleſiæ, an dicitur perſonalis, vel prædialis.*

26 *An promittens facere venatori domum, & dare aquam frigidam in aſtate ſi domus corruat, & reficiat teneatur.*

Foſſata

27 Foſsata an fieri poſſint per venatores beneficio venationis.

28 An vſufructuarius habeat reditum venationis.

29 Venatio an poſſit prohiberi per vſumfructuarium.

30 Pecunia promiſsa ex licētia venādi an pertineat ad vſumfructuarium, & an dicatur dominus ferarū.

31 Vſusfructus bonorum, & caſtrorum in quibus ſint ſyluę nemora ſaluus viuaria parcus, ſi ſit relictus an cenſeatur etiam ius venationis.

32 Nū fructus venationis induſtrialis, vel naturalis ſit.

33 Exceptio ſi fuerit adducta contra aliquem quod fuerit venatus de qua venatione intelligatur.

34 Regalium app. an veniat ius venandi.

35 Donare an liceat venatoribus.

36 Venatores an habeat munerum excuſationem.

37 Principem num deceat venari, & quid de alijs nobilibus.

38 An venator qui caſu hominem occidit teneatur de homicidio, vt puta qui offendiculo hominem necauit dum vt feras prehenderet illud poſuit.

39 Vtrū domini occidētes, aut mutilātes propter lepores & animalia ſilueſtria capta peccent mortaliter.

40 Vtrum ſerui teneantur obedire dominis ſuis venari volētibus venatione ꝑhibita, vel tēpore ꝑhibito.

41 An ſerui pœnę efficiantur quicunq. in ludum venatorium ſunt damnati.

Venator

42 Venator in agro pignori dato an committat vſuram fructusq. venationis computentur in ſortem.

43 Venari an poſsit in via publica.

44 Venator an aliquo caſu dicatur committere furtum.

45 Vtrum venatores conculcantes agros, vineas, & ſegetes, & quorum canes occidunt gallinas, & alia animalia pauperum, ac aliorum teneantur reſtituere, Et qualiter fiat æſtimatio damni.

46 An Principes teneantur reſarcire damna prouenientia ex cauſa prohibitæ venationis.

47 Venari num poſsint feræ prægnantes.

48 Principis priuilegio an acquiratur ius venandi præſertim ex cauſa remunerationis.

49 Vniuerſitas an poſsit habere ius venandi, venationisq. fructus locare.

50 Venandi actus, & feras capiendi an cadat in vniuerſitate cum ſit perſona ficta, & repreſentata animam non habens, an ue facultas venandi competat ſingulis, vt ſingulis ſolum non vt vniuerſis.

IOAN.

IOAN. PETRI
Mollignati
I. C. VERCELLENSIS,
De Venatione ferarum
TRACTATVS
Pars Prima.

QVAEST. I.

QVIA omnis quæ a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio debet à definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id de quo diſputatur, Cic. lib. 1. offic. in princ. verſ. omnis Balb. de præſcript. in princ. 1. par. nu. 1. & 2. & Iurecōſ. in l. 1. in prin. ff. de iuſt. & iur. dicens quod iuri operā daturus prius noſſe oportet vnde nomē iuris deſcendat. hinc Bald. in rubr. ff. ſi cert. pet. quod ordo eſt incipere a genere: facit gloſ. quæ plura ſimilia adducit in rubr. de reg. iur. in 6. in princ. ibi ſi quæratur a diffinitione igitur inchoando tractatum, quæ definitio quātum lumen adferat rei quæ in controuerſia deducitur latiſsime pluribus

rationibus

rationibus cõprobatum habes per Sebaſt. Med. in ſuo pem. tract. deffinit. vbi videas. Quæro igitur quid ſit venatio. Reſp. cum Sylu. verb. venatio n. 1. vt ſit ferarum perſecutio, ſeu exercitium ordinatum ad ferarum captionem terreſtriũ ſcilicet ſequit. Sebaſt, Med. in ſuo tract. aucup. q. 1. n. 1. par. 1.

QVAEST. II.

QVAERITVR, quotuplex ſit venatio. Reſp. ſi quęris de venatione in genere ſumpta quot habeat ſpeties dicendũ eſt tres, ſcilicet ferinam, aucupium, & piſcariam. ita Medic. in ſuo tract. aucup. nu. 34. in præfatio. & de hac venatione ferina ſolummodo tractare intẽdo poſtquàm breuiſsime ex importunitate expectationi cuiuſdam nobiliſsimi baronis ob cauſas nunc controuerſas de materia, & aliis pluribus reſpondere cogor de piſcatione autem, & aucupio quæ quodammodo videbantur conferentia adinuicem habebis per me forſan vita durante. Redeundo ad propoſitum aliter potes dicere quod etiam multiplex ſit venatio ſcilicet oppreſsiua hominum. i. quę homines perdit, vt cum vir nequam homines rapit, & occidit huius venationis meminit text. in cap. non eſt peccatum §. His itaq. 6. diſtin. quod ſumptum fuit a Geneſi c. 10. cæpit Nemrot. robuſtus eſſe venator corã domino hoc eſt hominum oppreſſor, & extinctor prout interpretes ibi exponunt: & Ioan. de Turre Cremata in c. qui venatoribus. nu. 2. 6. diſtin. 86. quem refert Menoch. de arbitr. caſ. 413. nu. 3. 4. lib. 2. cent. 5. notat Franc. Marc. deciſ. 529. nu. 5. comprobando adducta ex Menoch. de qua etiam dicit plenius haberi per Ioã. de agna. in rubr. de cleric. venat. & c. 1. & 2. eod. tit.

Adulatoria eſt etiam venatio, quæ fit per verba. vt dicit gloſ. magn. in c. 1. de cleric venat. vbi Abas nu. 1. dicit hac venatione vti hyſtriones qui verbis adulatoriis capiunt homines ſicut in venatione capiũtur beſtię ita declarat & Firman.

in ſuo repert.verbo uenator.verſ.3. Arenaria eſt etiam venatio q̄ fit in arena,& mala.de qua meminit gloſ. magn. c.1. de Cleric.venat.ex c.infamis §.tria 3.q.6.gl.in c. qui venatoribus 86.diſtin.vbi declarat eam appellari cum quis pugnat in arena cum beſtia detentata gratia virium ſuarum experiē darum, ita etiam ibi Abbas nu. 1.dicit eam fieri ſolere in arena cum homines ibi pugnarent cum animalibus, & feris indomitis,ſequitur Franc.Marc.deciſ.529.nu.2.Bertach. in repert.verbo venator verſ.3.Sebaſt.q.1.nu.4.1. part. de aucup. hinc mos fuit antiquis Romanis, vt in ſpectaculis populorū ludi loco exhiberentur feræ beſtię cum quibus homines aliqui decertarent,& ab arena arenarii dicti ſunt.l.ob carmen, §.ſi ea ff.de teſtibus l.hæ demum ff. de operis libert. not. Menoch.de arbitr.lib.2.cent.5.caſ.413 nu.5. & 6.

Saltuoſa,& clamoſa venatio reperitur de qua legitur in c. an putatis 86.diſtin.ꝓut meminit gl.in c. 1. de Cleric.venat. vbi Abas nu.1.dicit eam fieri cum canibus prout,& Bertach. repert.verb.venator verſ.3.meminit,& Sebaſt.q.1.nu.5.par. 1.tract. aucup. Sed Marc.deciſ. 529. diuidit clamoſam a ſaltuoſa,vt clamoſa,&,laborioſa dicatur quædā venatio vti ad apros,vrſos,leones,& ſimiles beſtias feras.ita nu.1.ex c. 1.ꝓbat.de §.retia de pac.tenē.l.1.C.de uenat.fera.lib.x1.Alia uero dicatur ſaltuosa venatio q̄ fit in ſyluis, ſaltibus, & nemoribus vt d.deciſ.nu.3.occidendo feras,vel aues. Ego uero cōtra Marcum d.deciſ.præall.non conſtituerem differentiā inter clamoſam,laborioſam,& ſaltuoſam ſed tātummodo dicerem ſaltuoſam quia & ī cęteris uenationibus, ut quale ſit ſuſtinetur labor, clamores atq. emittuntur. ita probari videt ex gl.fin.c. Eſau 86.diſtinct.dum ſoluit differentiam quare non liceat venari licet bene piſcari, quia venatio fit cum clamore, & ita ponitur verbum venatio in genere vti habeat comprehendere omnes venationes, & de hac ſaltuoſa, not.Menoch. vbi ſupra nu. 10.ſpatioſa, ſeu recreatiua venatio reperitur, quæ dicitur ad excitandum calorem naturæ de ea meminit Marc.d.deciſ. 529.nu.4.& Bertach. loco ſupra citato.

Aliam etiã vltimo loco notant doct. venationis ſpetiẽ .ſ. quæ fit cum rete, laqueo, vel piſcando & de hac meminit Abbas in d.cap.1.circa fin.de cleric.venat.Bertach.in repert. verbo venator verſ.3.in fin.

Q V AE S T. I I I.

QVAERITVR, ex quo dictum fuit in præcedenti proxima q.triplicem eſſe ſpetiem venationis ſi in genere ſumatur ſcilicet ferinam,aucupium,& piſcariam, quid veniat appellatione ferarum.Reſp.eius app.venire animalia nocentia. ita probatur c.fin.& ibi gl.in verbo animalia verſ. feræ vbi vrſus, & Cerui hac appellatione contineri leguntur ext.de iniur.& damno dato,& per illum tex.Zabar.in clem. 2.§.notorium de re iudic.Bertach.in reper.verb.animal.ver. 26.idem in verbo ferarum Medic.in ſuo tract.aucup.præfat. num.19.vbi dicit apium,columbarum,Pauonum, & Ceruorum quoq. feram naturam l.naturalem §.apium ff. de acqui ren.rer.domin.§.apium inſtit.de rer.diuiſ. ſummas igitur cõcluſionem quod in iure noſtro, & hãc ego firmo feie dicuntur non præciſe quæ natura feroces ſunt quales ſunt Vrſi, Leones,Pantheræ quæ proprie beſtiæ appellantur.l. 1.§.beſtias ff.de poſtulan.& l.2.ff.ad l.Aquil. Sed gñaliter omnes q̃bus immenſa, atq. infinita libere vagandi vis a natura inſita eſt,quales ſunt Lepores,Damæ,Cerui, quorum ferã eſſe naturam nemo negat inquit Caius l. 5.de acquir. rer. domin.l. 3.§.item feras de acquir. poſſeſſ.itaq. apes Pauones Columbæq. agreſtes feræ appellantur.d.l.5.de acqu. rer. domin. ita firmo ex Horomano in ſuis Comentar. verb. iur. verb.feræ ad quam concluſionem videre potes §. feræ cum ſeq. inſtitut.de rer.diuiſ.& habetur in l.3.ff.ad l.Aquil. vbi quid de Elephãte,& Camelo probatur l.quemadmodum §. Hac actione ad l.Aquil. ibi etiam de apro dicitur An autem canis veniat appellatione ferarum, Medic.vbi ſupra dicit quod non idem loco citato,Bertach. allegat Florian. in l. quemadmodum §.Hac actione ff.ad l.Aquil. ego vero ſatis dubito de ca

ne

ne ne,& ipſe contineatur propter d.c.fin.de iniur. & dam.da to vbi fera animalia dicuntur nocentia quis negabit canem non nocere,& mordentem fore ita vt quandoq. fortes viri ſatis efficiant ſi euadant periculum vitæ vt de cane Corſico, ac eo deputato ad cuſtodiam pecudum , & etiam in cæteris Niſi dicamus appellatiuum propriè procedere impropriè autem contineri vt puta quia ita edocti,ſeu inſtructi pondera ad propoſitum autem noſtræ venationis bene poſſumus dicere non venire indubitanter cum ipſi canes adq hanc venationem parati ſint ſi quæ deſunt hic in appellatiuo habes in meo tract.appellatiuorum ferarum appellatione.

QVAEST. IIII.

QVAERITVR, cuius iuris ſit venatio iſta q. optime poſſet diſputari ad partes verum quia in hoc opere per concluſiones deciſiuas procedere decreui breuitatis cauſa non inſiſto ab hac tamen q. pendet illa num ius venandi poſsit ꝓhiberi vt dicam ſuo loco vbi ſummi poterunt argumenta. Redeundo igitur ad propoſitum noſtrę q. Reſp.quod ius venandi eſt omnium commune de iuregentium, ita Hypolit.Riminal.conſil.35. nu. 1. probat. de §. feræ inſt. de rer.diuiſ.l.1.2. & 3.ff.de acquir. rer.domin. tex.in l.iniuriarum §.fin.ff.de iniuriis ibi ſępiſsime reſcriptũ eſt nõ poſſe prohiberi quem piſcari, ſed nec aucupari quem tex.ad hoc comendat Iaſon conſ.119.verſ. pro iſta communi Didac.Couar.2.part.relect.§.8. nu. 1. ibi huius & quod facultas venandi competat de iure naturali & gentium ,dicit Nat.in conſ.604.nu.1.idem conſ.522.nu.6.& 27.Dec.conſil. 197.nu.1.circ.fin.ibi primo Sebaſt.de aucup.q.2.nu.1.ex d.§. feræ inſt.de rer.diuiſ.ibi feræ igitur beſtiæ & volucres, & piſces, & omnia animalia quæ mari,cœlo, & terra naſcuntur ſimul atq. ab aliquo capta fuerint iuregentium ſtatim illius eſſe incipiunt, quod enim ante nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur.ll.iam alleg. idem q. 3.nu.1.primæ part.ad idem not.Nata conſ.604.nu. 6. per c. ius naturale 1.

diſtinction.huicq. ſententiæ ſecundum quod ibi D. Nata refert accedere videtur Ariſtoteles qui in politicis inquit homini naturaliter conceſſum eſſe dominatum in belluas ideo licite tamquam dominio ſuo ſubiectas capere eas poſſe venando quod conuenit etiam cum ſacris literis conceſsit nāq. Deus poſt diluuium eſum carnium homini, vt habetur Geneſ.cap.9. Vnde cenſetur etiam venando conceſsiſſe, vt capi valeant, quia qui concedit conſequens, videtur concedere quod neceſſario antecedit.cap.præterea de off. delegat. l.illud.& l.ad rem mobilem, ff.de procur. & iſtud eſt quod voluit . gloſ.in c.qui uenatoribus 86.diſtinct.quod licet uenari pro pellibus, & carnibus non ad voluptatem quam gloſ.ſequit.Abbas & Ioan. de Ana.in c.1. de cleric. venat. & quod venatio ſit de iure gentium com.eſt concluſio ſecund. Rolā. a Val. conſ.9.nu.2.Tom.2.Affict.in conſtit. regn. in conſtit. ſcire debemus in fin. Hanc etiam com. refert E. Suarez libr. com.19 verbo venatio ſequitur Marc.deciſ.529 nu.14.Nat. conſ.375.nu.1 .per l.vſumfructuarium venari vbi gloſ. gent. ff.de vſufruct.Et ex hac q.ſumitur ſingul.deciſ.Ant. de Butr. poſt Hoſt.& Io.And.in c.non eſt col.1.verſ. ſed quid ſi olim de decim.vbi inquit quod Dominus ſi facit ſtatutum quod nullus poſsit venari in tali loco non valet, quia violentiam inferre dicitur, vt D.Nat.ibi quod dictum intelligendum putes iuxta quę dicam ſua quæſt. oport. Sed an de iure ciuili ſit permiſſa venatio dicas affirmatiue ita Sebaſt. d. q. 3.part. prim.ita diſponitur l. vnica C.de venat.ferar.lib.11.ibi occidendorum Leonum cunctis facimus poteſtatem neq.aliquā ſinimus quemq. calumniam formidare beſtias autem quę ad comitatum ab omnibus limitum ducibus tranſmittuntur non plus quam ſeptem diebus intra ſingulas ciuitates detineri præcipimus violatoribus eorum quinas libras auri fiſci iuribus illaturis. Sed an de iure Canonico facit p. c. uident 86.diſtinct.1.ibi vident homines venatores, & delectantur ve miſeris ſi ſe non correxerint qui enim venatorem vident, & delectantur videbunt Saluatorem, & triſtabuntur. Secundo facit c.Eſau venator erat, quoniam peccator erat,

&

& penitus non inuenimus in Scripturis ſanctis Sanctum aliquem venatorem licet piſcatores ſic, Tertio c. quid prodeſt 86. diſtinct. ibi quid prodeſt ieiunare viſceribus abſtinere a cibis, & errare peccatis, Sed aduertendum quia non ita paſsim prohibetur ideo dicendum, prout ſub qq. oport. an liceat venari.

QVAEST. V.

QVAERITVR, quę nam venatio dicatur licita, & non, & primo an oppreſsiua permittatur. Reſp. quod non. ſed omnino eſt illicita, ita gloſ. 2. ibi quædam de cleric. venat. de c. non eſt peccatum §. His itaq. diſtinct. 6. ita etiam gloſ. 1. in cap. qui venatoribus 86. diſtinct. Sebaſt. de aucup. q. 3. prim. part. nu. 5. & q. 2. nu. 2. Zabarell. clem. 2. §. porro. nu. 3. de ſtat. monach. Diſtinguendum tamen puto vt ſi loquamur de Clerico, Hæc omnino ſit illicita quia non debent pugnare etiam contra infideles, ita Bertach. in repert. verbo venatio verſ. 3. Abbas in cap. 1. num. 1. de Cleric. venatore per cap. multa de voto, & Seba. 48. num. 14. part. p. de auc. quod dictum in Clericis intelligit niſi deffenſionis cauſa, vt ibi, Si vero loquamur de laico licita dicatur in caſu, quo moueant iuſtum bellum, ita Panorm. ibi & Bertach. per cap. ſicut ext. de iureiur. cap. omni timore cap. reprehenſibile 23. q. 8. not. Franc. Marc. deciſ. 529. num. 5. Menoch. de arbitr. libr. 2. cent. 5. caſ. 413. num. 4. ibi Hęc vt is intelligendo modo ſupradicto.

QVI.

QVAEST. VI.

QVAERITVR, num adulatoria venatio permiſſa ſit. Reſp. negatiue, ita gloſ.2.in c.1.de cleric.venat.c.qui venatoribus 86.diſtinct.c. ſunt nonnulli 46. diſtin.c.ſunt plurimi 6.q.1.c.væ qui dicitis xi 43.imo peccatū eſt aliquid dare iſtis adulatoribus, ſeu hyſtrionibus, c. qui venatoribus, ita Abbas vbi ſup. nu.1.de cleric. venat. Firman.in repert. verbo venatio verſ. 3.Sebaſt.de aucup.nu.3.q.1.part.1.imo non ſolum omnibus eſt illicita, ſed etiam infamat, vt Sebaſt.ibi q.3. nn. 6.iuribus allegatis,& nota ſm eundem quod tribus modis quis venatur adulando, aut tribuendo alicui bonum quod non habet, vel nimium extollendo bonum quod habet, vel approbando malum quod habet c.vae qui dicitis 11.q. 3.

QVAEST. VII.

DVBITATVM fuit, num venatio arenaria permiſſa ſit, Reſp.ex glo ſ. 1.c.qui venatoribus 86.diſtinct. quod qui hanc exercet peccat mortaliter, & qui eam aſpicit,& qui eam exercet infamis eſt, ſed quia hoc non ſufficit ideo diſtinguēdum putes an de Clerico loquamur, an uè de laico, rurſus ſi de laico, an gratia virium ſuarum experiendarum; Ad primum ſi de clerico loquimur ei indiſtincte eſt prohibita.ita Firman. in repert. verbo venatio verſ.3.& Abbas in c.1.nu. 1.arg. de cleric. venat. Sebaſt de aucup.q.3 part.1.nu.10.per c.1.de cleric.pugnan.in duell.vbi legitur pœnam depoſitionis impoſitam licet arbitrio Epiſcopi poſsit diſpenſari: Si vero de laico loquamur tunc etiam conſiderandum eſt an faciat ſine pretio vt puta

gratia

gratia virtutis exercendæ hoc caſu licita eſt, vt gloſ. d. c. qui venatoribus nec ſunt infames ſaluis torneamentis q̄ prohibentur c.1. de torneam. & taur. ſpect. probatur l. 1. §. item Senatus ff. de poſtul. imo ex l. athletas ff. de iis qui not. infam. tales qui exercendæ virtutis ſuę gratia in arenā deſcendebant laude digni exiſtimabantur Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 5. caſ. 413. nu. 7. Si vero pretio accepto puta quia locant operas ſuas tunc eſt illicita, fit infamis, & peccat mortaliter etiam aſpicientes vt ſup. dictum ita Franc. Marc. deciſ 529. num. 2. Med. q. 1. nu. 4. & q. 3. nu. 8. & ſeq. part. 1. de ancup. Abbas c. 1. nu. 1. de cleric. venat. Menoch. vbi ſup. nu. 8. Sed Abbas loco pręcitato contra nonnullorum opinionem eo loci tenentes licitam talem venationem gratia virtutis exercendæ tenēt eam illicitā etiam de iure canonico vbi eſſet periculum mortis ex ratione de qua arg. in torneamentis, Quia non debet homo vt experiatur virtutes incidere de facili in promptum periculum mortis vbi ne dum corpus, ſed etiam anima poſſet periclitari, ſequitur Menoch. ibid. nu. 9. qui dicit hoc de mente Card. de Turre Crem. in d. c. qui venatoribus, 86. diſtinct. qui hoc declarat niſi id fuit cauſa neceſsitatis ad mortem euitandam ſequitur Menoch. ibi, & ego etiam eorum dicta probo de hac q. videas omnes ſumiſt. in verbo venatio.

QVAEST. VIII.

QVAERITVR, num venatio clamoſa, & ſaltuoſa licita ſit de hoc eſt gloſ. in c. 1. verſ. voluptate de cleric. venat. quæ laicis licitam eſſe dicit Sebaſt de aucup. q. 1. num. 5. part. 1. Marc. deciſ. 529. nu. 1. & 3 & dicit Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 5. caſ. 413. nu. 10. quod venatio quæ fit in ſyluis & ſaltibus occidendo feras vel aues ſui natura regulariter eſt permiſſa, & ita Caſſan. in catalog. glor. mund. par. 11. Conſid. 50. verſ. ex quo primo & recte ſi quidem a natura ſit vt Diuus Thomas 2. 2. q. 64. artic. 1. Syluecſt. in ſum. in verbo venatio imo ſumma laude digna exiſtimatur cum hæc venatio

ſit

ſit deorum inuentum quemadmodum Xenophon de venatione author eſt eoq. in libello paſsim Xenophon laudes venationis permultas enumerat ac extollit, Hinc vt idem Menoch. Reges & viri Principes, ac nobiles venationẽ vti rem optimam atq. ſaluberrimam mira animi oblectatione exercere ſolent not. Tiraq. de nobil. cap. 37. nu. 138. & ſeq. proceditve quæſtio etſi cauſa voluptatis vt Bertach in repert. verbo venatio verſ. 3. Abbas c. 1. nu 1. de cleric. venat. Ioã. Andr. ibi idem velle videtur §. fere. inſtit. de rer. diuiſ. l. naturalem. ff. de acquiren. rer. domin. intelligendo niſi tempore quadrágeſimali, aut aliis præcipuis feſtiuitatibus fieret, vt Abbas, & Firman. ibid. idem Marc. deciſ. 529. num. 3. debent enim eo tempore homines conuenire in Eccleſia & orare, ſiue ſint clerici, ſiue laici, c. an putatis 86. diſtinct. facit c. ſi nulla 23. q. 8. niſi eſſet neceſsitas ineuitabilis vt Marc. ibi d. deciſ. num. 3. & Sebaſt. de aucup. q. 3. nu. 12. part. 1. qui hoc etiam firmat declarando neceſsitatem puta famis, vel quia feræ venirent vaſtare ſegetes l. 2. C. de feriis quo caſu etiam Clericis licet quando tales beſtiæ deuaſtarent fructus bonorum Eccleſiæ, vt Marc. ibi nu. 1. allegat Gaufrer. in ſum. de cler. ven. Henr. Boic. c. 1. eod. Hactenus de laicis quid de Clericis dicendum quod eis venari non licet c. 1. 34. diſtinct. c. 1. 2. de Cleric. venat. Rationes adferri ſolent prima quod clamoris plena, & ob id immoderata ſit atq. ita Clericis quibus honeſtas maxime decet minime apta 2. quod ſi venari eis liceret conceſſa cenſeretur in antecedens facultas alioqui deteſtanda habendi atq. alendi canes accipitres & his ſimilia domi cum tñ eccleſiæ bona ſint Clericis conceſſa vt ſuæ eccleſiæ & pauperum neceſsitati ſubueniatur non .n. bonum eſt ſumere panẽ filiorum & dare canibus. quam ſane rationem probauit gl. in c. Eſau. 86. diſtin. Turre Cremat c. qui uenatoribus Rainal. corſ. libr. 3 indagationum iuris cap. 14. ſaluis tñ caſibus ſupra citatis, Sed oriri videtur dubium ſeu contrarietas ex glo. in c. qui venatoribus quæ dicit quod illa clamoſa non eſt licita laicis niſi ex neceſsitate puta pro carnibus, vel pellibus habẽdis facit tex. in c. Eſau 86. diſtinct. vbi dicitur quod Eſau erat

venator

venator quia peccator nec legitur quod aliquis venator fuerit Sanctus cum exercet venationem. dicit Abbas ſic poſſe diſtingui quod aut omnino laicus deditus eſt venationi huic & tunc illicita eſt ex quo fit ad voluptatem non tñ ſi qñq. ad voluptatem ne ſit contra iam ſupra dicta & hoc modo dicta conciliantur. vt Abbas d.c.1.de cleric.venat. In Clericis vero licet gloſ.variauerit concludit Abbas quod aut ſunt in minoribus conſtituti, & tunc non puniuntur ſecund. Anton.licet Hoſt.& Ioan.teneant oppoſitum dum volunt arbitrarie poſſe puniri: ſed concorditer dicit Abbas quod aut omiſerunt tonſuram, & tenentur, alias ſecus, facit clem. 2. de vit. & honeſt.Cleric.in verſ.etſi tonſuram: aut ſunt in ſacris, & ſi habent reditus in venatione ſicut in Francia liceat eis quia non faciunt ad voluptatem hoc voluit etiam Hoſt. cap.2.de Cleric.venat.aut non habent huiuſmodi reditus, & tunc debeant euitare huiuſmodi clamoſam venationem putat tamen Abbas eos non multum peccare ſi rariſsime faciant cauſa recreationis arg.ſumpto ex tex.c.1.de Cleric.venat.dum dicit in hac voluptate ſępius detentus, ſecus ſi rariſſime, & nō cauſa voluptatis ſed cauſa neceſsitatis puta ut excitaret appetitum propter morbum præcedentem cap. dilectus de homicid.ad hæc not.Firman.in ſuo repert. verbo venatio verſ.3.

QVAEST. IX.

QVAERITVR, num venatio quieta, ſeu cauſa neceſsitatis, vel recreationis licita ſit: Reſp.hanc venationem ſpatioſam, ſeu recreatiuam Ad excitandum calorē naturæ permitti maxime laicis. ita Marc.deciſ. 529.num.4. alleg.gloſ.& Henr.Boic.in c.1.de Cleric. venat. Hoſtienſ. in ſum.§.1. eod.etiam Clericis licet dummodo clamoſam venationem euitent, ita Firman. in repert. verbo venatio verſ.3. circ. fin. gloſ.& Abbas circ. fin. de Cleric. venat. Sebaſt. de aucup. q. 1, num. 5. part. 1. idem quod permitta-

tur etiam Clericis qñ raro fit gratia recreationis,& tempore congruo not.Menoch.de arbitr.libr. 2.cent. 5.caſ.413. nu.16. ſumiſtæ in verb.venatio Card.de Turr.& Benedic. in c. Rainutius in verbo,& vxorem nomine nu. 875. de teſtam. Diaz, in pract.can.crim.cap.61.nu.13. optime declarat. Medic. de aucup.vbi ſup.q.3.nu.14.

QVAEST. X.

QVAERITVR, an venatio quę fit cũ rete,ſeu laqueo ſit licita iſta q. pendet ab his quæ dixi de venatione quieta, ſeu recreatiua, talis enim venatio fit cum retibus, laqueis, canibus,cum ſilentio,& modeſtia ideo Reſp. aut q̃rimus de laicis,& illis eſt permiſſa,aut de Clericis, & tunc aut fit cauſa voluptatis,vel vagationis, vel nimis frequenter,& tunc eſt eis interdicta c.1.de Clerico venatore,aut aliquando cauſa neceſsitatis vel vtilitatis, & tunc eſt licita vt ſi fiat forſan ad excitandum calorem naturalem,vel etiam appetitum d.c.1.arg.a cõtrario ſenſu, ita Sebaſt.de aucup.q.3.num.14.part.1.Firm.in repert.verbo venatio ver.3.Abbas c.1.circ. fin.de Cleric.venat. & quod dixi cauſa voluptatis intelligas de immoderata iux.ea quæ dixi in q.8.adde quod ſi reditus bonorum etiam religioſorum fuerint in venatione licebit etiam eis in propriis perſonis ſaltem ſi familia defficiat venationem ſuã recolligere,& vendere dum tamen hoc faciant tempore competenti quia hoc non eſt vagari, ſed neceſsitati, vel ſaltem vtilitati Eccleſiæ prouidere ad quod vnuſquiſq. Clericus eſt adſtrictus capit. præſentium 7.q.1.cap.qui vero 16. q. 1. Sebaſt.ibi num.15.

Q. XI.

QVAEST. XI.

QVAERITVR, vbi plerunq. beſtiæ, & feræ capiantur ſeu vbi regulariter venatio fiat. Reſp. in nemore, & ſyluis ita Franciſc. Zoaner in l. 2. nu. 144. C. de pact. inter emptor. & vendit. quem refert Sebaſt. de auc. in præfat. num. 15. differunt autem quod nemus latum ſine clauſura, & aqua dicitur foreſta quando vero eſt propè fluuium dicitur ſylua, ſed quando concluditur muris vel palis vocatur barcus, Veron. in tit. de montib. nu. 6. In foreſta autem, & ſylua licitum eſt venari, in viuario autem, ſeu barco nequaqnam ita Didac. 2. part. relection. reg. peccatum §. 8. nu. 15. & Sebaſt. vbi ſupra.

QVAEST. XII.

QVAERITVR, quibus modis fiat venatio ferina. ſ. cum de hac ſola hic tractetur Reſp. multis videlicet retibus, pedicis, laqueis, præcipitiis, arcubuſis, iaculis, cuſpide, indagine, pennarum odore, canibus, accipitribus, ita Sebaſt. de aucup. in præfat. nu. 35.

QVAEST. XIII.

QVAERITVR, quo tempore venatio dicatur conceſſa. Reſp. loquendo de venatione licita ſecundum reg. quod omni tempore cenſetur permiſſa, niſi expreſſe reperiatur prohibita prohibetur autem tempore quadrageſimali, Vel aliis p̃cipuis feſtiuitatibus, ita Firman. in repert. verbo venatio verſ. 3. Abbas c. 1. de Cleric. venat. nec tempore ieiuniorum, vt dicit gloſ. in c. qui venatoribus 86. diſtinct. & per illam gloſ. ita apoſtill. ad Veronen. tit. de aucup. facit c. 1. & 2. de feriis, ita Franc. Marc. deciſ. 529. nu.

3.per c.ſi nulla 23.q.8.ita Sebaſt.de aucup.q.3.nu. 11. debent enim eo tempore homines conuenire in Eccleſia, & orare ſiue ſint Clerici,ſiue laici,cap.an putatis 86. diſtinct. fallit tm̄ ſi neceſsitas vrgeret, vel ſi feræ venirent vaſtare ſegetes, vel vineas l. 2.C.de feriis, ita Sebaſt.Marc.gloſ. c. qui venatoribus præallegatis locis not.Zabarell.clem.2. §.porro nu.3.de ſtat.monach.Firm.vbi ſup.verſ.7.

QVAEST. XIIII.

QVAERITVR, num licita ſit venatio omni loco. Reſp. venationem permiſſam laicis quibuſcunque locis publicis,& aliis priuatis locis,ita Bonifac. Vital.clem.1.§.porro de ſtat.monach. nu.2.Nata conſ.375.nu.7. per l. qui foueas quam allegat ff.ad l.Aquil. l.in laqueum ff. de acqui. rer. domin.& eſt trita iuris regula quod in agro alieno nedum in proprio quilibet poteſt venari tex. apert.in l.3.ff.de acquir.rer.domin.l.diuus ff.de ſeruit.ruſtic. prædio § feræ inſtit.de rer. diuiſ. vbi formaliter ſic loquitur tex. feræ igitur beſtiæ, & volucres piſces, & omnia animalia quæ in mari, cœlo, & terra naſcuntur,ſimul atq.ſi ab aliquo capta fuerint iuregentium ſtatim iſtius eſſe incipiunt, quod enim ante nullius eſt,id naturali ratione occupanti conceditur, nec intereſt feras beſtias, & volucres vtrum in fundo ſuo quiſq. capiat, an in alieno eſtq. doctrin. Roland. a Vall. conſ 9.nu. 22.libr. 2.Cæpoll.de ſeruit. ſub rubr. de aucup. in princ.communis eſt igitur doctor.concluſio licitam fore venationem recreationis cauſa etiã in alieno fundo canibus,& auibus non tamen retibus,laqueis foueis, & huiuſmodi artibus fraudulentis prçterquam in capiendis, & occidendis beſtiis nociuis, vt ſunt apri, Lupi, Vrſi, Leones,& ſimiles. Hãc com.teſt.Boſſ.in ſua prax.Crim.tit.de reg.nu.43 per c.1.§.nemo retia de pace tenen.vbi Afflict.Præpoſ. & alii hoc expñſ. firmãt hãc etiã com.teſt.Viu.libr.com.opin.19.verbo venari

ri licet Sebaſt.Medic.de aucup.q.6.nu.1.part.1.idem Aretin. in §.feræ in notab.inſtit.de rer.diuiſ. qui hoc procedere dicit dummodo damnum non inferatur fundo.

QVAEST. XV.

QVAERITVR, num contra voluntatem Dñi prohibentis liceat venari in fundo alieno, & ſic priuato ipſius dñi.Reſp.quod non.per tex.in §. feræ inſtit.de rer.diuiſ. ibi plane qui alienum fundum ingreditur venandi, aut aucupandi gratia poteſt a Dño ſi is præuiderit prohiberi ne ingrediatur tex. etiam in §. apum inſtit.eod.Bonifac.Vital. clem. 1.§.porro nu.2.de ſtat.monach.l.iniuriarum §. & ſæpiſsime. ff.de iniur.l.3.§.plane ff.de acquir.rer.domin.l.diuus. ff.de ſeruit.ruſtic.prædior.Cepoll.de ſeruit.tit.de aucup.n.1.Couarr. in reg.peccatum de reg. iur. §.8.2.relect.nu.5.l. naturalem §. apium verſ.ſed ut.ſupra ff.de acqui.rer.domin.Guid.Pap.deciſ.208.Contrarium uidetur innuere Franc.Marc.deciſ.532. nu.3.ubi firmat poſſe quem venari in fundo alieno etiã contra prohibitionem Dñi allegat §.feræ inſtit.de rer. diuiſ. & Bertach.notat.in repert.verb.venator verſ.1.per l.diuus ubi Flor. de ſeru. ruſtic. Sed dicas ſecundum Roland. conſ. 9.nu. 22. ibi non tamen lib. 2. quod licet lex prohibeat ingreſſum fundi alieni inuito dño dd.ll. Aret.not. in l. 3. §. nerua filius in 5.notab. de acquir. poſſeſſ.non tamen prohibet quin animalia quæ in nullius bonis erant in eo fundo reperta capientis efficiantur, licet ingrediatur contra voluntatem domini ſatis eſt quod ingrediens propter vitioſum ingreſſum pœna iniuriarum afficiatur ex late allegatis a Rolan. ibi nu. 22. Sebaſt.de aucup.q.6.par.1. n. 2.ibi fallit Aretin.autẽ d. §.feræ in notab. dicit q͂d ita demum Dñus fundi poteſt prohibere venatorem in ſuo ſi & inquãtũ anteq̃ ĩgrediatur ꝓhibuerit, ſꝫ poſtquã ĩgreſſus eſt vr̃ q͂d nõ poſsit & ab hoc vltimo dicto pẽdet declaratio q.noſtræ dic vt in ſeq.q. vbi tractabimus an

animalia capta in alieno Domino prohibente efficiantur capientis.

QVAEST. XVI.

QVAERITVR, num ſi quis ingrediatur agrum alienum inuito Domino, & acceperit aliquid venādo cogatur id quod acceperit tradere agri domino de hac q. duę ſunt glo. contrariantes altera in §. feræ inſtit. de rer. diuiſ. altera in l. diuus ff. de ſerui. ruſtic. prædior. quarum conciliatio in fine q. habebitur quod vero pertinet ad reſp. noſtrę q. prima facie videbatur dicendum venationes captas in prædiis alienis contra voluntatem Domini de non uenando in eius prædiis fore reſtituendas prout in terminis tradere videtur gloſ. in d. §. feræ, & in §. apium quam ſequi uidetur Alberic. de roſat. in l. diuus ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. Iaſon. in d. §. feræ, vbi dicit ſibi placere ſententiam gloſ. per iura ibi allegata quæ ſuadetur ratione quia ex quo ingrediens incidit in factum damnatum a lege ingrediendo contra voluntatem Domini non debet aliquid commodum percipere. l. non dubium C. de legib. l. itaq. fullo ff. de furtis ſubdens non obſtare reg. quę habet quod quæ in nullius bonis ſunt efficiuntur capientis quia ea locum non habet quando initium eſt vitioſum, vt probatur in §. plane de rer. diuiſ. quaſi dicat licet ibi dixerim quod quo ad acquirendum Dominiū eorum quæ in nullius bonis ſunt nihil referat an in ſuo quis vel alieno capiat hoc tamen eſt verum niſi contra Domini voluntatem ingrediatur. Nec obſtat quod puniatur propter ingreſſum actione iniuriarum quia poſſet ex captura maius percipere lucrum quam ex ingreſſu vitioſo pati pœnam fatetur tamen non licere domino fundi retinere venationem captam quia eam reſtituere debet ſi capientem cognouerit, & in hoc dicit approbare gloſ. in d. l. diuus quæ vult uenato-

rem non teneri ad huiuſmodi reſtitutionem quia hoc expri mit d.glo.alias ſecus ſi non cognouerit quia poſſet cauſa iui iuris conſeruandi retinere l.quintus ff.ad l.Aquil.Quibus tñ non obſtantibus contrarium verius arbitramur ſcilicet captam uenationem in agro alieno inuito domino effici capientis nec teneri uenatorem reſtituere Franc. Marc. deciſ. 529. nu.14.ſecund.gloſ.in l.diuus ff.de ſeruit. ruſtic. prædior. & in l.3.ff.de acqui: rer.domin.Aretin §.feræ igitur ſub num. 1.inſtit.de rer.diuiſ.vbi ait gloſ.com.ab omnibus receptas eſſe ſecund.id quod teſtatur viuius com.opin.libr.29.uerbo uenari,Et quod uenator quas feras in agris alienis capit.nõ prohibitus alioquin ĩgredi pfecte iure omni lucri facit vt com.dicit Cæpoll.de ſeruit.ruſtic.prędior.tit. de aucup.quin etſi ingredi vetitus ſit ferarum quidem dominus fiet ſed agrorum domino iniuriarum tenebitur ex com.interpretum dogma receptum atteſtantur Faber Angel.& reliqui interpretes, in §.feræ inſtit.de rer.diuiſ.Marc.d.deciſ.Ioan.de Anan.in cap. omnibus de Cleric.venat.Clar.in ſua praxi §.iniuria uerſ. q̄ro numquid Roland.conſ.9.nu.23.quicquid Portius d. §.feræ.num.8 contrarium effutiat quam com.teſtatur E.Suárez libro com opin.19.verbo venator & eſt doctr.Caſſan.in cõſ. Burg.§.7.q.2.Socin.Iun.conſ.58.nu.2.vol.1.Præpoſ.c.omnes nu.20.diſtinct.1.Sebaſt.de aucup.q.6.part.1.&q.7.nu.15.ubi & de communi teſtatur,& optima ratione defenditur nã trita eſt iuris reg. quod in agro alieno quilibet poteſt uenari l. 3.§.1.ibiq.glo.ff.de acquir.rer.domin.l.diuus de ſeruit.ruſtic. §.feræ de rer. diuiſ.ubi formaliter ſic loquitur tex.feræ igitur beſtiæ volucres piſces, & omnia animalia quæ in mari, cœlo,terraq.naſcuntur,ſimul atq. ab aliquo capta fuerint, iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt quod enim ante nullius eſt id ratione naturali occupanti conceditur nec intereſt feras beſtias, & volucres vtrum in fundo ſuo quiſq. capiat, an in alieno Cepoll.de ſeruit.ruſtic.tit.de auc.Aretin. in l.3. §.nerua in 5.notab.ff.de acquir.poſſeſſ.Sumitur ergo concluſio capta in alieno agro inuito dño non fore reſtituenda per venatorem licet bene dominus agri poſsit agere contra venatorem

natorem actione iniuriarum pro eo quod prohibitus eſt ingreſſum alieni prædii, ita D.Nata firmat in conſil. 375. num. 6.ex gloſ.vbi Ang.Bart.Paul.& Flor.in l.diuus præall.Barto. l.3.vbi & gloſ.de acquir.rer.domin.reprobata gloſ.in d.§.feræ, & facit ratio Flor. in d.l. diuus quod priuata prohibitio non impedit translationem dominii l. ſi ita quis §. ea. l.ff.de verb.obligat. Sed melior ratio com.deducitur, vt idem not. quod prohibetur ingreſſus in fundum ſed non venatio,quia etiam poſt prohibitionem feræ ſunt adhuc in nullius bonis ideo occupanti conceduntur d.l.3.in princ. de acquir.rer.do min. Non obſtant modo quę ex aduerſo allegata fuerunt, quia reſpondetur quod licet lex prohibeat ingreſſum fundi alieni inuito Domino l.3.§.1.l.naturalem §. apium de acqui. rer.domin.Aret.d.l.3.§.nerua de acquir.poſſ. Non tamen prohibet quin animalia quæ in nullius bonis erant in eo fun do reperta capientis non efficiantur licet ingrediatur contra voluntatem domini ſatis enim eſt quod ingrediens propter vitioſum ingreſſum pœna iniuriarum teneatur l. iniuriarum §.pen.ff.de iniur. cum aliis ſupra allegat.

Non obſtat gloſ.in d. §. ferę & §. apium, quia vt dixi ex ſupracitatis com. reprobatę ſunt uel ſaluando eas poteſt dici ſecund. Flor. in d. l. diuus quem ſequuntur Iacob. a Sanct. Georg. & Cep. quos refert Roland.conſ.9 num.24.quod illæ procedunt quando fructus fundi conſiſtebant in uenatione quia tunc ſi quis venatur Domino prohibente non facit ſuum quod capit alias ſecus quia tunc tantum ingreſſus punitur actione iniuriarum per l.venationem, ff. de uſur.l.vſumfructuarium uenari ff. de uſu fruct. ita Roland. declarat ubi ſup.a nu.19. uſq.num. 15. quibus accedant quæ idem Marc. not. & Didac. reg. peccatum §. 8, 2. relectionis nume. 5.

Q. XVII.

QVAEST. XVII.

QVAERITVR, num ſi aliquis ingrediatur fundum alienum inuito Domino teneatur actione iniuriarum Reſp. quod ſic. ita gloſ. 2. in l. 3. ff. de acquir. rer. domin. tex. in l. iniuriarum §. ſi quis ff. de iniuriis, gloſ. in l. diuus ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. & eſt com. opin. de qua teſtatur Sebaſt. de aucup. q. 6. nu. 3. part. 1. Franc. Marc. deciſ. 529. num. 14. in fin. Nat. conſ. 375. num. 6. Clar. in ſua prax. §. iniuria verſ. quæro numquid Ioan. de Anan. in c. omnibus de; Cleric. venator; idem Sebaſt. q. 7. nu. 15. cod. eſt etiam com. omnium interpretum in §. feræ inſtit. de rer. diuiſ. vt refert E. Suarez libr. com. opin. 19. verbo venator eãdem ſecutus eſt Nat. in conſ. 9. nu. 23. vol. 2. Cepol. de ſeruit. in rubr. de aucup. num. 3. qui dicit; hãc opinionem veram quam tenere dicit Cyn. Bart. in l. 1. §. omnia de acqui. rer. dom. Ang. in l. diuus de ſeruit. ruſtic. qui hoc vna cum Caſtr. dicit notand. quia vidit de facto in perſona vnius nobilis de Odonibus de Peruſio qui pro apris Capreolis nemus alienum intrauit Dño prohibente & multas venationes cæperat quia omnis venatio ad eum pertinuit, & Dño fundi actionem iniuriarum tãtum competere dictum fuit prout, & Rolan. ibi cum allegat. faciuntq. Didac. reg. peccatum. §. 8, 3. relectionis nu. 5. de reg. iur.

QVAEST. XVIII.

QVAERITVR, de cautela ad hoc vt capta in agro alieno non efficiantur capientis, & dicas eam eſſe ſ. quod Dominus fundi faciat quod Iudex ſit qui prohibeat ingreſſum volenti venari in fundo, quia tunc capta non efficiuntur capientis, ſed Domini, ita Faber. in §. feræ inſtit. de rer. diuiſ. Iacob. a Sancto Georg. in ſua inueſt. feud. in verſ. & cum venationibus per text. in l. qui fundum

§. ſciens ff. pro emptore vbi ſubdit id etiam procedere ſi de conſuetudine toleratur guarentiæ,& defenſæ quia tunc venationes non efficiuntur capientis etiam ſi priuatus inter dixerit ingreſſum, quia ſi prohibitio Iudicis poteſt impedire translationem Dominii d. §. qui ſciens multo magis l. conſuetudinaria, vt habetur in §.fin.inſtit. de iure nat. gen.& ciuil.notandumq. dicit Iacob. vbi ſupra: Vnde ex his videtur dari cautela ne capta per venatorem efficiantur ipſius capiẽtis ſi præcedat prohibitio Iudicis prout eam notat Roland. a Vall.in conſ. 9. nu.pen.lib.2. quam tamen non video tutã propter authoritatem D.Natæ in contrarium in conſ. 375. num. 6. mouetur ratione communiter tenta ſcilicet quod prohibetur ingreſſus in fundum ſed non venatio quia etiam poſt prohibitionem feræ ſunt adhuc in nullius bonis ideo occupanti conceduntur d.l.3.in princ. ff. de acquir. rer.domin. Nec obſtat ſecundum eundem dictum Fabri quod ſi Iudex prohibuiſſet ad inſtantiam partis ingreſſum fundi non efficerentur capientium quia Iudicis præceptum impedit translationem Dominii d.l.qui fundum. Quia reſpondetur quod poſito, quod de prohibitione iudicis appareat non tñ ſubſiſtit ratio Fabri alia fortiori in contrarium, quia ſi lex non prohibet venationem etiam poſt inhibitionem nec rationabiliter prohibere poteſt cum feræ adhuc ſint in nullius bonis, multo minus id Iudex poterit prohibere, & ita ſentio cum D. Nata per c. cum maior ext. de maior. & obed. licet mihi viſa fuerit dubia propter authoritatem Roland.& pro Roland. tenet Dec. conſ. 196.Sed pro Domino adhuc faciunt quod non obſtante prohibitione ſi venator ceperit quid non tenetur reſtituere licet teneatur actione iniuriarum, vt alias dixi ſua q. ergo.

Q. XII.

QVAEST. XIX.

QVAERITVR, an Dominus poſſit venatori volenti ingredi fundum ſuum manu reſiſtere. Reſp. quod ſic. tex. habemus in l.3. ibi iure prohiberi vbi gloſ. ita explicat ff. de acquir. rer. dom. & per illam glo. ita etiam notat. Veron. de ſeruit. ruſtic. prædior. ſub rubr. de aucup. nu. 3. not. l. quemadmodum ff. ad l. Aquiliam, & Sebaſt. de aucup. q. 26. nu. 2. par. 1. idem probari videtur ex Aretino in §. feræ inſtit. de rer. diuiſ. in notabil.

QVAEST. XX.

QVAERITVR, num poſſit venator in fundo retineri vt reddat quod percepit, Reſp. quod non, de hoc eſt gloſ. in l. diuus, vbi Paul. de Caſtr. in 2. lect. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. in auth. vt nulli iudic. §. ſin autem, Sebaſt. de aucup. q. 26 nu. 1. part. 1. Sed bene aget iniuriarum actione ſi intrauit eo prohibente, ita Sebaſt. ibi l. iniuriarum §. pen. ff. de iniur. glo. l. 3. §. 1. ff. de acquir. rer. Domin. & in d. l. diuus, Cyn. Bar l. 1. §. omnia, ff. eod. de acquir. rer. domin. omnis enim venatio pertinet ad venatorem, & nulla violentia per Dominum fieri poteſt, ſed tantum modo actione iniuriarum contra eum agere non autem retineri ita in vtroq. caſu not. Cepoll. de ſeruit. ruſtic. prædior. num. 3. Ang. in l. diuus. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. qui hoc in facto eueniſſe recenſet ad q. hanc optima eſt doctrina Aretini in §. apum nume. 1. de rer. diuiſ. inſtit. qui licet dicat videri intellectus, ex glo. in verbo præuideris quod ſi quis prius eſt prohibitus ingredi quod poſſit retineri quę tamen mihi hoc non probat quatenus tamen pateretur illum intellectum reprobatur ab ipſo Aretino ea ratione quia Dominus fundi non debet, & nec poteſt eſſe Iudex in cauſa propria, imo incidat in pœnam,

l.ſi quis in tantam C.vnde vi & quia eſſet contra gloſ.in l.diuus ff.de ſeruit.ruſtic.ideo intelligendum gloſ.dicit ſiue fuerit prohibitus ingredi, ſiue non licet ſubueniatur Domino fundi actione iniuriarum, & hic ſenſus mihi probat iuxta alias notata in q.16.& ſeq.

QVAEST. XXI.

QVAERITVR, num venator fundũ alienum ingreſſus Domino non prohibente poſsit poſtea expelli iſta q.videtur non modicam habere difficultatem propter l.ſi ſeruus C. quod cum eo. Verum contrarium verius & optime probatur de §. feræ, vbi Aretin in notab. & nu. 3.& 4. inſtit. de rer.diuiſ. Sebaſtian.de aucup.q.25 part.1.arg.a contrario ſenſu. Nec habet obſtare l. quemadmodum §. 1. ff. ad l. Aquiliam quia reſpon.quod ibi nullo iure poſſum habere appenſum vel ædificium in alienum hic autem cauſa venandi iure intro alienum, vt d.§.feræ igitur poſt ingreſſum Dño ſciente, & patiente non poſſum prohiberi, idem firmat Aret.in §.apum nota ibi re integra, vbi clare dicit quod ſi a principio quis non eſt prohibitus ingredi fundum alienum non poteſt poſtea prohiberi venari ad l.ſi ſeruus reſp.vt per eam habes.

QVAEST. XXII.

QVAERITVR, an liceat venari armis, Reſp.quod non, niſi ad animalia periculoſa, prout in venatione Vrſorum, Leonum, Luporum, & ſimilium. ita Doctores in §.nemo retia de pace tenend. vt not. Cæpoll. de ſeruit.ruſtic. tit.de aucup. num. 10. Sebaſtian, de aucup. quæſt. 12. part, 1.

QVAEST. XXIII.

QVAERITVR, num venatio poſsit prohiberi ne fiat cum quibuſdam retibus, vel aliis inſtrumentis aptis ad ferarum depopulationem, vel hominum periculum, Reſp. quod ſic. quia feræ, volucres, & piſces, non ſolum ſunt pro ornamento vniuerſi, ſed etiam pro vtilitate hominum, Vnde Princeps prohibet venationem quæ fit cum inſtrumento Zonæ, quia eo plures extinguuntur, & capiuntur feræ, atq. inde ſequitur animalium ſilueſtrium, & ferarum innumera extinctio quæ reipublicæ incommoda eſt. not. ad q §. nemo retia de pace tenend. l. qui foueas ad l. Aquil. Plat & Rebuff. l. vnic. C. de venat. ferar. Bertr. conſ. 155. libr. 1. Caſſ. in conſ Burg. rub. 16. §. 6. num. 3. Medin. tract. de reſtit. q. 12. Sebaſt. de aucup. q. 10. part. 1.

QVAEST. XXIIII.

DIXIMVS quem poſſe ingredi fundum alienum maxime cauſa venandi quæritur an hoc poſsit iure ſeruitutis, vel iure cuiuſdã facultatis a iure communi conceſſæ, dic quod iure facultatis poteſt ingredi, & propter hoc licet quis pluries iuerit per fundum alienũ non tñ cenſetur iuiſſe iure ſeruitutis, niſi iuerit per 30. dies infra annum, & ſemper poteſt prohiberi ne vadat, ſed pòſtquàm iuit per 30. dies cenſetur eſſe in quaſi poſſeſsione ſeruitutis in qua eſt defendendus per tit. ff. de iti. act. priu. quouſq. actum fuerit confeſſoria, vel negatoria, vt l. 1. §. 1 eod. tit. Sed in his quæ non ſolent competere iure facultatis ſufficit ſemel aliquid fuiſſe geſtum ſciente & patiente Domino vt dicatur fuiſſe

in

in quaſi poſſeſsione ſeruitutis l. 1. §.. hoc interdictum, ff. de aqu. quotid. not. in c. cum Eccleſia ſutrina ext. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Caſtr. in l. diuus ff. de ſeruit. ruſtic. pręd. & Cæpoll. tit. de aucup. nu. 4. de ſeruit. ruſtic.

QVAEST. XXV.

QVAERITVR, num ex venatione ſoluenda ſit decima Eccleſiæ, Sebaſt. de aucup. q. 21. part. 1. notat affirmatiuam, vbi ita de conſuetudine, alias ſecus allegat Didac. reg. peccatum §. 8. n. 12. ſecundę relect. Marian. ſenior. c. 1. num. 12. de clerico venat. mihi autem videtur dato quod de conſuetudine aliqua non appareret decimas ſoluendas de venatione tex. habemus expreſſum in cap. quicunq. 16. q. 7. & in c. non eſt ext. de decim. vbi Panorm. num. 5. Bonif. Vital. in rubr. num. 3. de decimis, Franc. Marc. deciſ. 530. nu. 1. & ſic clare apparet non tantum de conſuetudine ſi adeſſet uerum de iure communi ſoluendam decimam de venatione contra authoritatem Sebaſt. Medic. de aucupio d. q. 21. par. 1. & deberi etiā probatur ex dictis Card. Zabar. clem. 1. nu. 15. de decim. Rebuff. q. 9. nu. 14. & 15. de decim. Adde tñ quod ſi capiantur cuniculi in garena alterius, vel alia animalia ſic incluſa tunc quia non transfertur dominium in accipientem, ſed furtum committit capiens, §. galinarum, de rer. diuiſ. inſtit. non debetur decima, ſed animal ſic captum reſtituendum eſt. Hoſtienſ. in cap. non eſt de decim., Caſſ. in cōnſuet. Burg, §. 1. rubr. de iuſtices, ſi vero in garena ſua capiantur decima præſtabitur illi eccleſiæ in cuius Parochia ſita eſt, ita Rebu. ibi num. 15. Sed videndum modo an talis decima dicatur prædialis ſeu perſonalis, & cui Eccleſiæ debeatur an Parochiali vbi quis audit Diuina, an vero in cuius parochia iſta fuerunt capta pro Eccleſia prædiali facit, quia hæc animalia beneficio terrę nutriuntur vnde ſicut decidi

tur in animalibus domeſticis, vt ibi debeatur decima vbi paſcuntur, vt not. gloſ. c. ad Apoſtolicæ, de decim. eadem ratione idem videtur dicendum in iſtis aliis animalibus feris, In contrarium videtur pro eccleſia parochiali quoniam iſta capiuntur opera, & induſtria hominis, ergo vt d. c. ad Apoſtolicæ Inn. ponit duas opin. in d. cap. non eſt de decim. prima cui videtur ipſe inhærere, vt diſtinguamus vtrum hæc ſint inclusa in certo loco, vt puta aues in columbario, piſces in ſtagno, animalia in aliqua foreſta, aut vero ſint in libertate propria non circumcluſa aliquo loco, primo caſu decima cenſenda ſit prædialis, ſecundo perſonalis, idem Inn. ſentire uidetur in c. commiſſum de decimis, idem Vitalin. cap. religioſi, num. 94. eod. de decim. faciunt notata per Rebuff. de decim. q. 9. num. 14. 15. vbi & ipſe concludit ſi in viuariis incluſæ feræ ſint ſoluetur decima Eccleſię illi in cuius territorio ſunt incluſę, quæ viuaria vocat Iuriſconſultus in l. vſumfructum venari ff. de vſufruct. Si vero capiantur animalia in libertate exiſtentia tunc ſoluatur decima perſonalis, quia hoc nobis lucro eſt, Alia vero opinio quam refert Innocen. eſt quod talis decima indiſtincte ſit cenſenda perſonalis, quia ex induſtria hominis fuerunt capta, & certo loco recluſa, Sed Hoſt. dicit quod talis decima poteſt dici miſta aliter nõ declarato D. Ant. dicit quod ſi Hoſt. intellexit quod de valore ante recluſionem decima ſit perſonalis ſed de valore poſt recluſionem decima ſit pdialis videtur optime dixiſſe, & ita credo fore mentem Hoſtienſ. ex alia q. in ſimilibus ibi deciſa, ita etiam interpretatur intellectum Hoſt. Abbas d. cap. non eſt nu. 5. de decimis ad hanc q. videre potes quæ late Zabarell. not. c. 1. nu. 15. de decim.

QVAEST. XXVI.

QVAERITVR, num ſi ruſticus promiſerit facere domum venatori, & dare aquam in æſtate ibi ſi corruat, & reficiatur nũ teneatur videtur quod non ex eo quod ſtipulatio pręſens, vt puta damni infecti non referatur ad futura, ſeu ad domum poſtea quęſitã vt videtur tex. & ibi gloſ. in verbo augeri in l. dãni infecti §. ſi is ff. de dãn. infecto. ubi infert qđ ſi ruſticus promiſit fructus arboris quæ indæ ſit inciſa, & renaſcatur non tenetur ad fructus arboris nouellæ idem si vi ventorum deiecta fuerit quibus rationibus dicit glo. promittentem non teneri venatori ex promiſſione domo combuſta, & de nouo ædificata, ita Dyn. tenet quem refert Bart. in l. damni infect. §. ſi is qui nu. 1. ff. de dãn. infect. arg. l. nam & ſeruius §. ſi viuo ff. de negot. geſtis. Ratio dini eſt quia ſit noua domus l. qui res §. aream ff. de ſolut. l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de verbor. obligat. Contrarium tñ videbatur de l. ſeruitutes §. ſi ſublatum ff. de ſeruit. vrban. prædior. ubi ſublato ædificio ex quo ſtillicidium cadit ſi in eadem ſpetie, & qualitate reponatur idem intelligitur. Quid dicendum aduerte quia ibi eſt text. ſoluens contrarium in caſu vero noſtro dicas, aut eſt ius reale conſtitutum quia fuit factum occaſione prædii vicini quod ille nobilis ibi habebat, & remanet in refecta poſtea, aut eſt ius perſonale, & tunc non remanet in ædificio renouato, ita declarat Bartol. vbi ſupra.

QVAEST. XXVII.

QVAERITVR, num licitum ſit facere foſſas aprorum, Vrſorum ve capiendorum cauſa, vel laqueos ponere, & dicendum quod ſi in itineribus fiunt in eiſq. Bos ceciderit,

ciderit, vel aliud animal, deteriuſq. factum ſit, vel laquei ponuntur in loco publico, & pecus tuum in eos inciderit potes agere contra facientes foueas, vel laqueos ponentes l. Aquilia. niſi denunciatum ſit prius dño, vel niſi prædicta fiant in locis fieri ſolitis, ita probatur l. qui foueas, & l. ſeq. vbi doct. ff. ad l. Aquil. not. Cæpoll. de ſeruit. ruſtic. prædior. c. 21. de aucup. nu. 12. non enim tenduntur laquei, & retia niſi ad lupos, apros, vrſoſve capiendos, & ſimiles, ſicuti nec foſſę, niſi pro iſtis capiendis §. nemo retia de pace tenen. Cepoll. vbi ſup. n. 8. Sebaſtian. de aucup. q. 13. part. 1.

QVAEST. XXVIII.

QVAERITVR, num vſusfructuarius habeat venationis reditum de hoc habemus tex. in l. item ſi fundi, §. aucupiorum, ff. de vſufruct. ibi aucupiorum quoque, & venationum redditum Caſsius ait libro 8. iuris ciuilis ad fructuarium pertinere quibus verbis reſpondetur affirmatiue Didac. notat in reg. peccatum 2. relect. §. 8. nu. 9. verſ. ſed etſi ibi non obſtat tex. Sebaſtia. de aucup. in princ. q. 15. part. 1. Sed aduertendum quod licet Sebaſt. & Didac. trãſeant ita ſimpliciter Ego hoc non puto verum, niſi velis eos ſaluare ſi ita fuerit mens eorum, vt arbitror vt procedat cõcluſio vbi fructus, In venatione conſtat propter l. vſumfructuarium venari, ff. de vſufr. ibi vſumfructuarium venari in ſaltibus, vel montibus poſſeſsionis ꝓbe dicitur explicat ibi glo. 1. ſi fructus talium poſſeſsionum in venatione conſtat, vt optime deſumitur ex l. venationem ff. de vſur. vbi venationem fructus fundi eſſe negatur, niſi fructus fundi ex venatione conſtat, tunc enim eſt in fructu, vt ibi gloſ. not.

QVAEST. XXVIIII.

QVAERITVR, an vſusfructuarius poſsit prohibere venationem, Reſp. quod ſic, quia ad vſumfructuarium pertinet vt is permittat, vel licentiã exhibeat venandi in fundo cuius vſumfructum habet eademq. ratione vſusfructuarius poterit prohibere ne quis fundum ad venandum ingrediatur nec poteſt Dominus fundi vt puta proprietarius ꝓhibere ne ipſe vſusfructuarius venetur ad not. ꝑ Didac. in reg. peccatum §. 8. 2. relection. nu. 9. verſ. incip. primum vſumfructuarium per l. vſumfructuarium venari ff. de vſufruct. Sebaſt. de aucup. q. 15. nu. 2. part. 1.

QVAEST. XXX.

QVAERITVR, num pecunia pacto promiſſa pro licentia venandi alicui conceſſa pertineat ad vſumfructuarium, Reſp. quod ſic, quia cum ipſe poſsit, & habeat ius prohibendi ne fundum quis ingrediatur poterit iuſte vendere facultatem, & licentiam ingrediendi ad venandum, vel ad aliud licitum vſum, ita Didac. in reg. peccatum §. 8. relect. 2. nu. 9. verſ. tertio inde & probari videtur de §. 1. in fi. inſtit. de vſu & habitat. Sebaſt. de aucup. § xv. nu. 3. part. 1. Non tamen ſecundo quęſito reſp. ſequitur feras intra fundum enutritas eſſe fundi proprium fructum vel eas pertinere ad vſumfructuarium iure Dominii cum ipſe in iis quæ nullius ſunt, & iure naturali communia cenſentur non plus iuris habeat quàm quiuis alius, vt Didac. & Sebaſtian. quod puto intelligendum etſi præfati Doctores non tangant. vbi fructus non conſiſtat in venatione, & reditus ex ea habeatur, alias ſecus arg. eorum quæ dixi in q. 28. vbi videas.

QVAEST. XXXI.

QVAERITVR, quando relinquitur vſusfructus alicui dñæ bonorum caſtrorum vbi ſunt foreſtæ. nemora, viuaria, & ſaltus an in tali vſufructu veniat ius venationis, Et reſp. quod ſic, qñ non eſt alius fructus venationis l. venationem ff. de vſuris l. item fundi §. aucupiorum, ff. de vſufruct. l. vſumfructuarium §. in viuariis ff. eod. veruntñ qñ tales feræ beſtiæ venationes eſſent introclutæ in aliquo parcu, ſeu muro, aut cloenda inſula tūc talis vſusfructuarius deberet ponere tantundem de dictis feris beſtiis d. l. vſufructuarium §. in viuariis vbi Ang. Ioan. de Ana. in rubr. de cleric. venat. & c. fin. eo not. Francis. Marc. deciſ. 531.

QVAEST. XXXII.

EX quo dictum venationem fructum dici l. vſumfructuarium venari, l. item ſi § aucupiorum ff. de vſufruct. intelligendo ſi fructus fundi ex venatione conſtat, ꝓpter. l. venationem, ff. de vſur. An talis fructus dicatur induſtrialis, & reſpond. quod ſic quoniam in illis plus verſatur, & operatur factum hominis, ac induſtria quàm natura, ita Aug. Ber. in c. grauis nu. 16. de reſt. ſpoliat. Sebaſt. de aucup q. 16. part. 1. qui autem ſint naturales, & qui induſtriales vltra ea quæ ponunt interpretes in §. ſi quis a non dño inſtit. de rer. diuiſ. latiſsime, vide notata a Steph. Lamberteng. in ſuis coment. ad ſtatut, Comenſiu in gloſ. 1. in ver. in alienationibus, & obligationibus q. 71. nu. 250. cum plurib. ſeq.

QVAEST. XXXIII.

SI data fuerit exceptio contra aliquem puta clericum qđ venatus fuerit de qua venatione intelligatur, Reſp quod in dubio intelligendum eſt de venatione quę fit cauſa recreationis nō aũt voluptatis cauſa, ita not. Alex. in conſ. 72. nu. 13.

vol.1.conſ.175.vol.2.Archid.in c.qui venatoribus 86. diſtin. Diaz in prax. Crim.c.61.Sapia in apoſtill. A dabat.c.1.de cleric. venat. debet enim fieri interpretatio in meliorem partem c.eſtote de reg.iur.Sebaſt.de aucup.q.24. part.1.

QVAEST. XXXIIII.

QVAERITVR, an venatio dicatur. de regalibus vti & piſcationum reditus, Reſp. Sebaſt. de aucup.q 27.part.1.quod de hoc eſt tex. in c.vnic. tit. quæ ſint reg. in vſib. feudor. ibi piſcationum redditus & ſalinarum,& bona committentium crimen lęſę maieſtatis qui text. intelligitur ne ſit edictum ꝓhibitorium ne piſcari, ſeu venari liceat, ſed reſeruantur Principi redditus conſueti piſcariarum venationum, vt eſt gabella, ſeu aliud tributum de his quæ piſcatores, ſeu venatores faciunt, ſeu de his quæ a mercatoribus fiunt allegat Roderic. Soarez alleg.17.num.11.dummodo conſuetudo ſit talis,vt princeps ſoleat exigere aliquid & populus non præſcripſerit, vel conuentio inter ipſos aliter interuenerit iſtud appellatiuum pendet ab his quæ dicam in q.an ius venãdi ſit de reſeruatis principi ibi latius vide & eſt conſil. Decii 196.

QVAEST. XXXV.

QVAERITVR, num liceat donare aliquid venatoribus, & Bertach.in ſuo repert. Verbo venatio loquendo de adulatoria dicit quod non imo peccatum ſit aliquid dare iſtis adulatoribus, ſeu hiſtrionibus, idem probat Abbas in c.1.de Cleric.venat. text.habemus expreſſum in c. qui venatoribus 1.& 2.86.diſtinct.ibi qui venatoribus donãt quare donant dicant mihi quare dant venatori hoc in illo amant in quo nequiſſimus eſt hoc in illo paſcunt, hoc in illo veſtiunt ipſam nequitiam publicant ſpectaculis hominum

qui

qui dicant hiſtrionibus, qui donant meretricibus quare donantur numquid non & ipſa hominibus donantur non tantum naturam ibi attendunt operis Dei,ſed nequitiam operis humani & in c.ſeq.ibi qui venatoribus donant non hominibus,ſed arti nequiſsimę nam ſi homo tantum eſſet,& uenator non eſſet non ei donares honoras in eo vitium non naturam vbi gl.dicit quod tex.loquuntur de venatione arenaria quæ eſt cum quis pugnat in arena cum beſtia,& ad hoc venator locat operas ſuas quo caſu ipſe eſt infamis, & ille qui ei donat peccat mortaliter,Sebaſt.de aucup.q.23.part.1. Ratio autem prohibitæ donationis eſt,quia venatio deuiat ab omni opere bono,dum enim quis eſt in venatione,de diuinis cogitare nequit,vt not.gloſ.fin.c.Eſau.86.diſtinct. qui ergo delectantur in venatoribus videbunt Deum, & triſtabuntur,& grauiter ob id delinquunt,vt Paris de Puteo in ſuo tract.ſindic.tit.de reg.princ.& ducum exceſsib.nu.41.& 42. Secus tamen dicendum vbi quis donaret uenatori venatione licita, vt Sebaſt.ibid.in fin.& eſt gloſ. in verbo talibus c. donare 86. diſtinct.

QVAEST. XXXVI.

QVAERITVR, num venatoribus conceſſa ſit immunitas, ſeu munerum excuſationem habeant hi, Reſp. ex l. venatoribus C.de excuſat. muner.libr.x.ob hanc ſolam profeſsionem nullo iure conceſſam ꝓbari,& per iſtum tex.dicit Cæpoll.in ſuo tit.de aucup.nu.11.quod propter hanc delectationem numquā venatoribus fuit conceſſa immunitas patrimoniorum, prout Ang.refert ad hoc in l.diuus ff.de ſeruit. ruſtic. præd. Alia etiam ratione comprobat Paris de ſindic. tit. de reg. princ.& duc.exceſsi.num.39.quia venatores ſunt legibus, & canonibus odioſi,& ideo non merentur excuſationem tamquàm operam rei illicitæ dantes ex qua ratione parid.Videtur inferri, quod aliud ſit dicendum in venatione licita,

prout & dictum fuit de donatione venatoribus an permiſſa, quam illationem ego ita colligo a contrario ſenſu.

QVAEST. XXXVII.

QVAERITVR, num liceat principibus venari, In hac q. videretur prima facie quod non cũ venatio dicatur ars nequiſsima, vt not. in cap. qui venatoribus 86. diſtinct. Bertach. in repert. verbo venatio verſ. 6. apoſtill. ad Cepoll. tit. de aucup. ꝓbatur c. quorundã 34. diſtin. Vñ ſuccedit dictum ex Canon. qui venatoribus vbi qui venatori donat non homini donat, ſed arti nequiſsimæ, vident homines venatorem, & delectãtur, veh miſeris ſi non ſe correxerint, qui. n. vident venatorem, & delectantur, videbunt Saluatorem, & contriſtabuntur, ita ex Canon. vident ead. diſtinct. optimaq. ratione comprobari videtur, quia dum quis eſt in venatione de Diuinis cogitare nequit, vt eſt gloſ. fin. c. Eſau. 86. diſtin. minime ergo Princeps venator cogitabit de republica cum venatio deuiet ab omni bono opere paris de Sindic. tit. de princ. reg. & duc. excelsib. nu. 41. 42. His tñ non obſtantibus dicimus venationem ipſam exercitium nobile, ac proprie, & peculiare regum, & principum, vnde Virg. 8. Aeneid. facit comitari canes euandrum regem nobiliſsimum dicens greſſumq. canes committantur herilem optimi. n. principes venationem exercent, Vnde corpus robuſtius, & anima fortior efficitur in qua bellica oĩa exercent, nã & in ea equitare, & currere, & attroces feras excipere, & æſtum, frigusq. ꝑferre, ſæpe tñ pati neceſſe eſt, Hinc Cyrus authore Xenophõte ſuos non prius ad prãdium ſiue cænã ire ſinebat quàm ſudaſſent itaq. in venationem educebat, qua ſudor maxime euocatur, damnabat aũt odium, & deſidiã perinde ac rem peſtiferã, & corporibus valde detrimentoſã ad not. per Sebaſt. de aucup. q. pen. part 2. ex quibus firma remanet concluſio principi licere venari, & etiã nobilibus, ſeu militibus, qui in hoc dicuntur priuilegiati, ſm Cæpoll. de ſeruit. ruſtic. præd.

tit.

tit.de aucup.nu.9.ut poſsint uenari cum canibus, & auibus, quam tñ venationem dicendum eſt fore licitã cã recreationis, vel ſalubritatis, ita pariſ.vbi ſup.nu.39.& Sebaſt. ibid.Nõ obſtat, quod prima facie in contrarium uidebatur ex eo qđ uenatio dicatur ars nequiſsima. deuiet a bono opere, qa dupliciter rñdetur tex.in contrarium allegatos loqui de venatione oppreſsiua hominum, vł arenaria quo caſu ars nequiſſima appellatur, vel 2.rñdetur multa eſſe ſuapte natura, & vtilia, & honeſta, quæ ex tempore etiã ex perſona ſunt illicita, ideo Clericis multa prohiberi quæ cęteris ſunt permiſſa licet igitur Clericis prohibeatur uenatio cæteris tñ permittitur, & ꝓpterea quod ibi dicitur ars nequiſsima uenatio intelligitur de Clericis, etſi id cauſa uoluptatis faciant non ſi recreationis, uel ſalubritatis gratia faciant ſimilr dici poteſt de principe, & in caſu quo dicimus uenationem licere principi intelligas dummodo talis uenatio non trahatur ad exceſſum, utputa qñ derelicta cura publica, & miniſterio iuſtitię, de regno non curantes, per nemora continuo uagãtur in uenationibus ferarum, non quidem recreationis cã, ſed omnẽ curã, & diligentiã in venãdo ponentes, & reſpublica perit opuſq. iuſtitiæ diminuitur, & qui rexerat nunc ruſticanus effectus eſt, & regnum ab aliquibus occupatur, ſubditi opprimũtur, & tandem nullũ bonum eſſe poteſt in republica rectore in belluã cõuerſo, nec põt cogitari de republica, ſi nec de diuinis, ut not. Pari. de Sindic.de reg.princ.& duc. exceſsib.n. 39.ſeq.exclamãs magnopere contra malos consiliarios hortantes principes delectari in uenatione ut ipſi regant populum, & ibi eorum praua nomina recenſentur laudatur, Ergo magnopere Sereniſsimus CAROLVS EMANVEL Princeps & Dvx noſter SABAVDIAE qui non delectatur ĩ venationibus niſi ex cã ſalubritatis in caſu quo etiã nobilibus permiſſa dicas optime fieri ex cã ꝑdicta dummodo non ſit nimium, & immodicum uenandi ſtudium, cuiuſmodi eſt pene oĩbus nobilibus Gallię, qui ad inſaniam uſq. eo ſtudio tenẽtur aliarum rerum, & publicarum, & priuatarum obliti, prout Cicer. libr. 2. offic. prodigos eos uocat qui

venationum apparatu pecunias profundunt nobiles igitur poterunt venationibus modeſte operam dare modo id fiat debito tempore citra alienorum agrorum depopulationem neque in eis operam ſuam præſtent, ſeu locent pro certa mercede, nam tunc inter ſeruilia officia connumerantur Tiraq. in tract. de nobilit. c. 37. num. 149. Sebaſt. de aucup. q. pen. part. 2. nu. 2.

QVAEST. XXXVIII.

QVAERITVR, uenatore uenando telum in feram miſſum hominem interficit num teneatur de homicidio, & reſpondeo in primis aduertendum eſſet tale homicidium dici caſuale, non autem ex dolo, & propoſito, ita in terminis dicit tex. in l. reſpiciendum ibi caſu ff. de pœnis cum ergo abſit dolus in tali homicidio com. eſt ſententia Doctorum, delictum ſine dolo commiſſum non puniri, vel ſi plectitur mitiori pœnam ſaltem l. 1. §. diuus ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. abſentem §. vlt. l. metrodorum. ff. de pœn. com. teſtatur Menoch. de arbitrar. libr. 2. cent. 4. caſ. 324. num. 1. Tiraq. de pœn. leg. cauſ. 33. nu. 1. Menoch. ibid. num. 7. ubi illum pœna homicidii non teneri dicit qui dum offendiculum ad Ianuam ſuæ domus poſuerat, ut feras prehenderet ingredientem furem occidit non .n. dolo egit, vt occideret hinc dicunt Doct. ut ibi Menoch. plures recenſet quod ſtatuta imponentia pœnam mortis pro homicidio commiſſo intelligi ſi homicidium ſit commiſſum dolo, prout etiam in ſimilibus pluribus caſibus declarat, idem Menoch & Dec. conſ. 9. per tot. cum late alleg. Sebaſt. autem de aucup. q. ,. part. 2. diſting. quia aut uenabatur in loco prohibito, aut non, primo caſu, aut interficit prohibentem, aut alterum, ſi interfecerit prohibentem, tunc quia dabat operã rei illicitæ tenebitur de homicidio, Secundo autem caſu, aut uenabatur cum armis prohibitis, aut non, primo caſu tenebitur de homicidio, Secundo autem, aut uſus diligentia præcauendo ne interficiat, ſeu percutiat hominem, aut non, pri-

mo caſu non tenebitur; ſed reputabitur caſus fortuitus, de quo nemo tenetur, Secundo autem ſic, ad late not. per Sebaſtian. de fortuit caſib. q. 1. & 2. part. 2. Sed vtcumq. ſit diſtinctio Sebaſt. ego dicerem numquàm locum pęnæ ordinarię homicidii ſaluo tamen arbitrio iudicantis ſi ita videretur ei imponendam ex qualitate facti perſonarum quid ante fuiſſet inter eos num inimicitia exq. aliis circunſtantiis, & coniecturis quæ ipſum ita mouere poſſent ad ita iudicandum colligeret occidentem in dolo.

QVAEST. XXXIX.

QVAERITVR, num propter lepores, & animalia ſylueſtria capta, occidentes, aut mutilantes peccent mortaliter; Aſtenſ. quem refert Syl ueſtr. in ſumma verb. venatio circ. fin. quod ſic ſi faciant libidine, vindictę, vel amore huiuſmodi animalium, aut venandi, ſi autem ſit conſuetudo loci, vel ſtatutum quod pro vno actu venandi tanta pęna intelligatur non excuſantur à mortali omnes obſeruantes, vt not. Tanc. in ſumma tit. de rapin. verſ. reſtitutio §. 29. ad idem not. Tabi in ſumma verbo venatio nu. 3.

QVAEST. XL.

DVbitatum fuit, vtrum ſerui teneantur obedire Dñis ſuis venari volentibus venatione, vel temporę prohibitis; Reſp. quod non tenentur ſerui obedire Dñis ſuis in rebus illicitis, put eſt in his venationibus contra illud primum querite regnum Dei, ita Piſan in verbo venatio, verſ. vtrum Tabi in ſumma ibid. nu. 2. & d. l. Ang. videntur tamen excuſari ſi propter iuſtum metum coguntur,

vt ſumiſtæ ibid.& Sebaſtia.tract. de aucup.q.x.part.2. Turre Crem.in c.an putat.86.diſtinct.

QVAEST. XLI.

QVAERITVR, an ſerui pœnæ efficerentur qui cunq. damnati erant in ludum venatorium, Reſpondetur quod ſic.tex.in l.aut damnum. §.quicunq.ff. de pœn. ibi quicunq. in ludum venatorium ſunt damnati videndum eſt an ſerui pœnę afficiantur ſolent.n.iuniores hac pęna affici vtrum ergo ſerui iſta pœna afficiantur an permaneant in libertate videndum eſt & magis eſt vt hi quoq. ſerui efnciantur in hoc enim tm̃ diſtāt a cæteris quod inſtituuntur venatores, aut pyrricharii, aut in aliquam uoluptatem geſticulandi, vel aliter ſe mouendi gratia ſeruos in metallum, vel in opus metalli;item ĩ ludum venatorium dari ſolere nulla dubitatio eſt etſi fuerint dati: ſerui pœnæ efficiuntur, nec ad eum pertinebunt cuius fuerint antequàm dānarentur, Eſt aut in ludum damnare reos eos in exercitationem conficiendi feras in theatro damnatos addicere ita Budeus in annotation.ad pandec.in d.§.quicunq. Sebaſtian.de aucup.q.11.part.2.

QVAEST. XLII.

QVAERITVR, ſi aliquis dedit mutuo centum, & ꝑ ſecuritate acceperit agrum in pignus in quo venatus fuerit an teneatur computare in ſortem quod accepit ex venatione, Reſp.quod non, niſi fructus fundi ex venatione conſtarent tex.expreſſus in l.venationem,ff.de vſur.ibi venationem in fructu fundi negauit eſſe, niſi fructus fundi ex venatione conſtaret nam tunc venatio eſt in fructu,& computatur in ſortem l. item ſi §.aucupiorum l.vſumfructuarium,ff.de vſufruct.not. Sebaſt.de aucup.q.13.part.2.

QVAEST. XLIII.

QVAERITVR, num liceat uenari in uia publica, Reſp. affirmatiue ex Nat. in conſ. 375. num. 7. vol. 2. per tex. in l. qui foueas ibi ſi in itineribus, ff. de acquir. rer. domin. l. in laqueum ff. ad l. Aquiliam. & ad hoc not. Sebaſt. de aucup. q. 12. part. 2.

QVAEST. XLIIII.

QVAERITVR, quando dicatur furtum committi in venatione, Reſp. Nata in conſ. 375. num. 8. ibi limita quod quando ſylua foreſta, vel nemus eſſent muro circum acta, vel uallata ſæpe, ita quod fęrę eſſent adeo incluſæ, vt non poſsint exire, & ammodo ſint ſub cuſtodia, tunc uenantes furtum committunt. l. vſumfructuarium venari §. in viuariis, ff. de uſufruc. l. 3. §. item feras ff. de acquiren. poſſeſſ. arg. l. naturalem §. ſeruos ff. de acquir. rer. domin. not. Sebaſt. de aucup. q. 6. part. 2.

QVAEST. XLV.

VTRVM venatores teneantur ad damnum quod agri domino intulerunt in fructibus, & ſegetibus, Reſpond. quod ſic, ſecund. Aſten. quem refert Fabr. in ſumma uerbo uenatio verſ. utrum autem uenatores qui dicit teneri ad ęſtimationem, alias peccent mortaliter niſi damnum ſit ita modicum quod probabiliter creduntur non curare, idem tenet Sebaſt. de aucup. q. 19. part. 1. & Didac. in 2. part. relect. reg. peccatum nu. 11. uerſ. tandem qui dicit uenatorem qui Domino prohibente agrum alienum ingreditur non teneri ad reſtitutionem captorum animalium, ſed bene ratione damni illati per venationem ipſi Domino, qui uenari iure, & iuſtitia ſolitus intra proprium agrum fuerat, Immo dicit uenatores omnino teneri ad damnum etiam ſi expreſſa prohibitio non fuerit præmiſſa cum ſufficiat tacita, quoad

iſtud damnum, ſed videndum quæ ratio ſit habenda in hac eſtimatione dãni, Et dicendum illã.ſ.animalium quæ niſi extraneus venatus fuiſſet dñus fundi eiuſve conductor habuiſſet ſuaq. feciſſet per apprehenſionem habita rõne venationis quæ in eo fundo per Dñum ſoli exerceri ſolebat, Secundo tenetur ad dãnum quod dño agri in fructibus, & ſegetib. venator intulit etiam non expreſſa prohibitione exiſtente, vt dictum eſt.ita Didac.& Sebaſt. locis præcit. & Tabi. Ang. in verbo venatio nu.2.

QVAEST. XLVI.

QVAERITVR, num Princeps prohibens venationem teneatur ad damna quæ animalia ob prohibitionem inferunt agris alienis, Reſp.affirmatiue, ita not. Sebaſt.in ſuo tract. Venat.q.5.nu.8. par.1.& q.19.nu. 2.Dom. Sot.de iuſtit.& iur.lib.469.artic.4.ad cuius q. reſponſionem vltra Sebaſt.accedunt quæ Didac.not.in reg. peccatum 2.relect.§.8.nu.11.de reg.iur.in 6.vbi in ſimili firmat concluſionem quod prohibentes venationem, vel in locis publicis, vel in priuatis etiam propriis tenentur ad reſtitutionem damni vicinis illati ex multitudine animalium quæ in loco prohibito ob interdictam venationem enutrita exterius erumpunt,& meſsibus,ac ſegetibus exitium, ac deuaſtationem inferunt, ſicuti eleganter reſpõdit Caiet.in trac.17.q.c.12.Nec iuſta eſt excuſatio ꝓhibentium venationem intra proprios agros ſi permiſerint eorundem animalium occiſionem quoties proprium fundum egreſſa in vicinorum agrum diuerterint, Etenim tenentur hi qui prohibita uenatione cauſam dederint animalium multitudini,& deinde ex hoc vicinorũ prædiorum damno, vel illas feras includere, aut earum innumeram multitudinem extinguere ſaltem diminuere, vel ꝑmittere liberam venationem, aut illatum damnum ſoluere arg.tex.in l.2.§. vltim.ff.ſi quadrup.paup.feciſſ. dicat. l. item mela.§.item cum eo,ff.ad l.Aquil.l.hi.n.l.gñalr & l.qua vulgo, ff. de ædilit. edict.ita Didac.loco præcit. ad hoc etiam in

arg.refert Roman. ſing. ſeptingenteſimo quarto Inn. Abat. & Doct in c.ad audientiam de homicid.

QVAEST. XLVII.

AN feræ prægnantes poſsint venari, Reſp. quod non ne ſequatur nimia ferarum depopulatio, Et ſi prohibitio emanaret talis eſſet iuſta cã cum concernat publicam utilitatem, ne. ſ. ſequatur horum eſculentorum animalium totalis feræ conſumptio, & deſtructio, ita D. Nata conſ. 604. nu. 4. Didac. in reg. peccatum 2. relect. §. 8. nu. 3. ibi ſecundo Sebaſt. de aucu. q. 11. nu. 2. part 1,

QVAEST. XLVIII.

AN Princeps poſsit priuilegium priuato concedere, vt ipſe ſolus in aliqua parte maris publici, vel agri piſcari, & venari poſsit, alioſq. ne id faciant prohibere, Reſp. ſm Didac. in reg. peccatum 2. relect. §. 8. nu. 10. ibi ſic & princeps de regu. iur in 6. poſſe cum. n. facultas piſcandi poſsit quæri præſcriptione, ita & venandi cum æquiparentur nulli dubiũ eſt arg. l. ſi quiſq. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. l. ſane ſi maris l. venditor per tex. ibi ff. com. prędior. ad idem notat Nata conſ. 522. nu. 23. c. cum contingat de foro compet. c. nouit de iudicii c. ſi duo ſimul de offic ord. Iſern. c. 1. §. nemo rc tia de pace tenend. vbi inquit quod ſi placet Principi illa lex prohibendi venationes ſeruabitur inter ſubditos loquendo de non recognoſcentibus ſuperiorem non autem de Baronibus alium recognoſcentibus, vt & Nat. ibi declarat, Et dicit de mente Io. Fabri in §. flumina inſtit. de rer. diuiſ. & quod Princeps poſsit Priuilegio ſuo concedere vni ſoli venari in aliqua certa parte quemadmodum, & piſcari tenet Ruin. cõſil. 28. pro intelligentia dicendum circ. princ. libr. 1. per gloſ. in l. venditor in verbo priuata. ff. commun. prædior. quæ mouetur p text. in l. ſeruitutes. §. publico ff. de ſeruitutib. Sebaſt. de aucup. q. 28. Non obſtat quod poſſet opponi de l. iniuria-

rum

rum, §.fin.ff.de iniuriis vbi dicitur non poſſe prohiberi vena tiones, Nã reſpondetur non poſſe a priuatis, vel ab alio Ma giſtratu inferiori cui dicto licet adhuc videretur obſtare deciſio Anton. de Butr. in c. non eſt de decim. dum loquitur de dominis terrarũ vt non poſsint prohibere venationes reſp. 2. loco. Nat. d. conſ. nu. 23. eius dictum intelligendum de dñis ſuperiorem recognoſcentibus, non de ſummo principe qđ ratione probat quia ferę antequam capiãtur ſunt in nullius bonis l. 3. ff. de acquir. rer. domin. §. feræ inſtit. de rer. diuiſ. l. quod in litore de acquir. rer. domi. Propterea ſi prohibeantur venationes non tollatur ius quæſitum, ſed quęrendum, quod facilius fit, l. fin. C. de acquir. poſſ. l. quæ autem in prin. ff. quæ in fraudem credit l. ſi ſponſus §. ſi maritus el 2 ff. de do nat. inter vir. l. 1. §. confertur ff. de collatio. bonor. Sed etſi ali qua poſſet moueri difficultas ex his quæ conſuluerunt Iaſ. conſ. 119. lib. 4. Dec. conſ. 196. quorum dicta declarantur per me in alia q an princeps poſsit prohibere venationes ſubditis non inſiſtendo in eorum dictis hic tenendo cõcluſionem dicas illam eo magis ꝓcedere vbi princeps ſaltem cum cauſa concernente publicam utilitatem conceſsiſſet ex qua cau ſa poteſt princeps iuri naturali, & gentium derrogare cuius iuris diximus venationem eſſe iuxta not per Bart. in proem. & l. quicunq. in fin. C. de iur. fiſc. libr. 10. Bald. in l. reſcripta, C. de precib. imper. moder. in c. quæ in Eccleſiarum de conſtit. prout eſt vbi fit conceſsio ex cauſa remunerationis poteſt enim princeps ius priuati auferſe ex cauſa remuneratio nis factæ alicui qui ſit benemeritus de republica vt de hoc eſt conſil. Rom. 310. vbi ad hoc allegat tex. in l. item ſi verberatum §. 1. ff. de rei vendic. l. Lucius ff. de euict. l. 1. 2. C. pro quib. cau. ſer. pro prem. lib. accip. l. ſi quis in graui. §. hi quoq. ff ad Syllan. c. in noſtra de inurii, & in terminis hoc decidit Decius in conſ. 271. in caſu tranſmiſſo qui licet loquatur in materia piſcationis tm̃ idem verificari poſſe videt in venatione arg. ab equiparatis vt ſunt venatio piſcatio inquit Decius quod licet quis non poſsit prohiberi a piſcatione l. iniuriarum §. fi. ff. de iniurii l. 2. §. ſi in mari ff. ne quid in loco publ. & maris

communis

communis ſit vſus omnibus hominibus l. littora ff. ne quid in loco publi.§.flumina §.littorum inſt.de rer.diuiſ.l.quædã, l.nemo l.riparum ff.eod. tamen poteſt princeps ex cauſa dictæ remunerationis concedere tale priuilegium tenenda ergo eſt affirmatiua noſtræ q præſertim ex cauſa remunerationis quàm etiam probat Nat.conſ.522.nu.30.Sebaſt. q.28.nu. fin.part.1.Ioanett.l.2.nu.170.C.de pact.inter empt.

QVAEST. XLIX.

QVAERITVR, num Vniuerſitati poſsit competere ius in venationib. Et dicas quod ſic, vbi reperiuntur fundi quorum reditus conſiſtunt in venationibus, ita Nata conſ.523.nu.12. per l.item fundi §. aucupiorum, ff.de vſufruc.l,venationem ff.de vſur.quos reditus poterit vniuerſitas locare, Et ſubhaſtare oportet tamen ad hoc, vt vniuerſitati ſoli ius competat venationis illud ſit ex principis priuilegio,vel per longam conſuetudinem iuxt.not.per gloſ.in l. ſane ſi maris, ff.de iniurii,vel quod feras circumduxiſſet muro, vł ſæpe obuallaſſet, & ita eſſent incluſæ, vt eſſent ſub cuſtodia, non in narurali libertate,iſto enim caſu ſoli vniuerſitati ius competeret, & qui feras ſic incluſas venaretur furtum committeret vt Nat.ibi conſ.nu.14. cum allegatis.

QVAEST. L.

QVæritur, num venandi facultas cadat in vniuerſitate anue ſolum competat ſingulis, vt ſingulis non ut vniuerſis, Reſpond.quod feræ antequàm capiantur venando ſunt in nullius bonis, & ſic in eis nullum ius habet vniuerſitas poſtquàm autem ſunt captæ efficiuntur capientium qui actus capiendi non poteſt in vniuerſitatem cadere quæ eſt perſona ficta,& repreſentata animã non habens, ita

Nat.

Nata conſ. 529. nu. 9. de c. Romana §. in vniuerſitatem de ſen ten. excommun. in 6. l. mortuo ff. de fideiuſſ. vnde inquit Do mi. in c. ſi vir col. 9. 7. q. 1. quod actus, & paſsiones prout in fa cto conſiſtunt ſunt ſingulorum, non autem Collegii, vel vni uerſitatis, Sed vbi aliquod ius competit hominibus alicuius loci illud dicimus competere, vt ſingulis dum capiunt feras manibus, aut laqueis, Nat. ibi nu. 14. Competit autem quandoq. vniuerſitati ſpecialiter vbi reditus ſint in venatione, vel Principis priuilegio longa conſuetudine, vel quia feras circumdu- xiſſet muro, vel ſæpe ob uallaſſet, Et ita eſſent incluſę vt eſſet ſub cuſtodia, non in natura- li liberta- te.

FINIS PRIMAE PARTIS.

I. PETRI MOLLIGNATI
I. C. VERCELLENSIS,

A Caſtro Candeli,

DE VENATIONE FERARVM
TRACTATVS

PARS SECVNDA.

Cauſarum patronis admodum vtilis, vt quid iure reſpondendum in frequenti controuerſia, inter DD. & ſubditos accuratè dignoſcant.

Acceſsit, & ad hanc partem QQ. omnium Index locupletiſsimus.

Ad Illuſt. admodum, & excelſum virum D. Alexandrum Careſanam.



VERCELLIS. M. D. XC.
Apud Io. Franc. Pelliparium, & Franciſcum Bonatum.

ILL.RI ADMODVM,

AC GENEROSO VIRO

D. ALEXANDRO CARESANÆ,

Ciui, ac Decurioni nobiliſsimo Vercellenſi:

Et pro Sereniſs. CAROLO EMANVELE *Duce Sabaudiæ Venationum Conſeruatori optimo.*

IO. PETRVS MOLLIGNATVS I. C.
Vercellenſis. S. P. D.

CVM aliqua ſuperioribus annis (vir præſtantiſsime & ornatiſsime) in hac inclita Vercellarum Ciuitate egò Prętor exiſtens ad materiam venationum ſpectantia conſcripſiſſem in quęſtiones numero 50. hoc mihi potiſsimum ſuadentibus ſacrarum Iuſtiniani inſtitutionum auditoribus, & propemodum frequenti me cohortatione impellentibus; quippe qui ex meo illo labore ſtudioſis omnibus in talis negotij conſideratione opem aliquam af-

ferri poſſe putarent; victus tandem libellum illum (vt iam pluribus compertum eſt) in lucem dare decreui. Et cum paucis abhinc annis, te in hac Ciuitate prò Sereniſsimo Duce noſtro venationum Conſeruatore tunc temporis exiſtente, nonnulla ad cauſas mihi iure decidenda tranſmiſſa eſſent; poſt abſolutam de eadem venationum materia primam partem, typiſque mandatam, hanc ſecundam, alijs nuper exortis caſibus, edere, & nomini tuo dicare meritò ſtatui; cum & huiuſce Secundæ Partis autor, & ſtudioſorum optimus patronus ſemper non ſolùm extiteris, ſed generis etiam nobilitate, & antiquitate, ac rerum omnium peritia prouinciæ Vercellenſis eximium decus exiſtens, & ornamentum, eam vniuerſam dignitatis tuæ amplitudine, virtutumq. ac rerum geſtarum ſplendore mirum in modum illuſtres: & hoc quidem in teſtimonium familiæ tuæ, quæ antiquiſſima eſt & nobiliſsima; quamque egregijs factis olim auxit atque nobilitauit ex tuis anteceſſoribus vir ille Illuſtriſs. Ioſeph Careſana; cui ob eximias animi dotes in re præſertim militari, à Sereniſsimis Ducibus noſtris, ijs temporibus multa Ciuitatum regimina committi conſueuerant, Taurini præſertim, Sauiani, & Montisregalis, in quibus ſumma ſemper cum laude ſeſe geſſerat; & cui etiam in ſenectutis ſuæ quietem ſimul & ſplendorem ab Inuictiſſimo Duce noſtro ſupremi equitis ſacri Senatus Taurinenſis dignitas collata fuerat: quibus omnibus addi etiam poſſent ea, quæ à Cæſarea Maieſtate Carolo V. Imperatore, di-

gnitates

gnitates nimirum, & pręmia, quibus ob heroica in militando ſuipſius facta condecoratus fuerat; quę & cum notiſsima ſint, & ne adulandi potius, quàm verè laudandi partes ſuſcepiſſe viderer, ſilentio pręterire cenſui. Accipe igitur Heros ampliſsime munuſculum hoc ſumma potius in te beneuolentia dantis, quàm vili, & exiguo illius pretio æſtimandum, quod licèt nulla ex parte dignitati & autoritati tuæ reſpondere queat; ſi tamen pro ea, quę in te eſt, humanitate, minimè à te repuleris; ad maiora quoque his elaboranda non mediocriter me inflammabis; quæ in poſterum aggredi non verebor tuæ inclitæ autoritatis præſidio munitus.

Vale.

Vercellis ex Ædibus noſtris. III. Non. Iunij. M. D. LXXXX.

In Auctorem

In Auctorem Carmen.

Qui te, qui libros Ciuiles norit in orbe;
Perpetuò obſeruet dogmata clara tua.
Quid caueant homines præſcribunt ſcripta libelli
Qui manibus tractant religioſa ſuis
Quos deceat campus venandi perdocet auctor
Et quos ars deceat inſidioſa feris.
Sic dubitant omnes plus tu cum laude ſoloni
Quem verſas, ans plus debeat ille tibi.

ILLVSTRI VIRO
Mario Olgiato
I. C. VERCELLENSI
Doctiſsimo.

Franciſcus Bonatus Typographus. S. P. D.

CVM ſingularis tua humanitas, ſuauiſsimiq. mores, quibus adiunctam video temperantiā tuorum omnium, & factorum, & cōſiliorum moderatricem, tùm tua nobilitas qui nequa quam es tam genere inſignis, quàm his virtutibus clarus, quæ niſi in tui ſimilem cadunt, effecerunt; vt, quo primum tempore Vercellas, Vrbem florentiſsimam meo conſilio me contuli, ſemper genus tuum, nunc tua, olim tuorum maiorum virtute illuſtratum, cuius virtutis opinio etiā apud exteras nationes omnium bonorum ſermone percrebuit, ſuſpexerim. Hinc præclaro quodam fato factum eſt vt cum mea natura finxerit, ad eos, quibus omnis cultus omnisq. obſeruantia debetur, omni ſtudio complectendos propter ſpectatam virtutem, occaſionem ſemper expetitam, nunc vero mihi diuinitus oblatam, à IO. PETRO MOLLIGNATO exquiſitæ doctrinæ viro iuris peritiſsimo auidiſsimè ſim complexus. quòd inde

natum

natum eſt argumentum vt naturæ meæ & ſtudio de te ampliſ ſimo adoleſcente ſingulari virtute ornato benemerendi aliqua ex parte ſatisfaciam, hoc mi nobiliſsime vir quanti apud me eſſe putas? equidem ſi qua iucunditas percipi poteſt ex re cariſsima, eam in tui nominis cultu, & amicitia non modo conſtituo, ſed percipio. ſimulatq. enim hic nobilis vir Petrus Mollignatus iuris prudentia clarus, quæ veluti quoddam oraculum eſt Ciuitatum, opuſculum hoc ab eodem lucubratum de ferarum Venatione, de editione cogitaſſet, me conuenit vtq. ederem quàmprimum ſtudioſiſsimè rogauit, cui (vt eſt conſuetudinis meę) omnem operam me daturum policitus ſum; quod cum feciſſem ſtatim tu vnus de multis mihi occurriſti, cui vt hoc quoq. viro iuriſperitiſsimo teſte locupletiſsimo, meum erga te eximium ſtudium & amorem maxime teſtatum relinquerem, hoc quamuis paruum, eruditione tamen valde refertum conſecrare, ac dedicare conſtitui, imaginem non ſtudii, nam augerii non poteſt, ſed maiorum laborum, quos adductus multis ingenii tui ſuauitatibus, pro nominis tui dignitate, & familiæ ſplendore ſuſcipere ſic cupio, vt nihil ardentius. Accipe igitur clariſsime vir hoc, quod tibi offero opuſculum, certiſsimum argumentum obſeruantię in te meę, & maiora tum ab auctore, tum à me ipſo quæ (vt video) futura ſunt, ſuo tempore expecta. Vale. Vercellis ex noſtra Typographia, Non. Iunii. M. D. LXXXX.

INDEX QQ.
totius ſecundę partis.

q.1 AN Princeps poſsit prohibere venationes per ſua proclamata.

2 Feudatarius, & sic Princeps inferior, qui recognoſcit ſuperiorem, an poſsit prohibere venationes hominibus ſuis.

3 Iudex alicuius loci, an poſsit prohibere venationes.

4 Cautela, an dari poſsit, per quam Domini etiam inferiores poſsint prohibere venationes ſubditis.

5 Cautela contraria, an dari poſsit, per quam conſeruetur ius venandi hominibus contra proclamata dominorum.

6 Pœna, in proclamatibus prohibitiuis venationum, qualis eſſe debeat.

7 Ius venandi, & alios prohibendi, an poſsit quæri præſcriptione.

8 Statutum, quod nullus venari poſsit, an valeat.

9 Si quis pro aduentu Principis venatus fuerit contra Statuti prohibitionem, an incidat in pœnam.

10 Subditi, an poſsint ſtatuere quod venatio pertineat ad Dominos tantum.
11 Princeps, an poſsit prohibere venationes in loco, in quo homines ſunt in quaſi poſſeſsione venandi, & ex venatione reditum percipiunt.
12 Prohibitio generalis venandi, quos comprehendat.
13 Conſtitutio Epiſcopi prohibentis venationem clericis qualiter intelligatur.
14 Intereſſe, an venationis dari poſsit.
15 Actio, an detur contra deteriorantem venationem, & quæ ſit illa.
16 Conſuetudo prohibitiua venationis, an valeat, efficiatq. venationem de iure illicitam eſſe licitam.
17 Venatio Cerui capta, quandò capientium fiat.
18 Fœra fugata a Canibus cuius ſit.
19 Fœra vulnerata, an ſit vulnerantis, vel capientis.
20 Rete illaqueata fera, ſi capiatur an ſit capientis.
21 Clerico, an liceat venari.
22 Clericus, an capta in Venatione prohibita reſtituat.
23 Clerici an venationi prohibitæ poſsint ſaltem intereſſe.
24 Clerico an liceat habere canes venaticos, accipitres, & alia apta venationi.
25 Conſuetudo an valeat, per quàm clericis venari liceat.
26 Epiſcopo an liceat venari, & tenere canes ad venandum.

dum, vel alia apta.

27 Monacus an poſsit vacare venationibus, & tenere canes, & alia ad venandum apta.

28 Pœna quæ ſit contra clericos, Epiſcopos, Presbiteros, Diaconos, Subdiaconos, & alios puta monachos venatoees.

29 Venator an poſsit collectari, & ſic extimari propter lucrum, quod ex venatione percipit.

30 Arma an liceat tenere domi, vel etiam portare venationis cauſa.

I. PETRI MOLLIGNATI
I. C. VERCELLENSIS
De Venatione foerarum
TRACTATVS
PARS SECVNDA.

QVAEST. I.

QVAERITVR, & optima eſt quæſtio, an proclamate ſuo Princeps poſsit prohibere Venationem: q. hanc diligenter intendo examinare. Igitur Redemptoris Crucifixi, ac glorioſiſsimę Virginis MARIAE nominibus pro veritatis, & Iuſtitiæ ſuffragio inuocatis: Videretur prima facie dicendum, quòd non ex quo ſe offert communis concluſio, quæ habet, quòd venatio eſt de iure gentium libera ſec. Dec. in conſ. 197. n. 1. circa fin. ibi primo. n. per l. 1, 2. & 3. ff. de acquir. rer. dom. §. fœræ inſtit. de rer. diuiſ. Marc. deciſ. 529. nu. 14. mouetur ex d. §. fœræ, & planè de rer. diuiſ. vbi habetur, quòd beſtiæ volucres, piſces, & omnia animalia, quæ in mari, cœlo, & terra naſcuntur, ſi ab aliquo capta fuerint, ſtatim illius eſſe incipiunt: Nec intereſt, an quis capiat in fundo proprio, vel alieno: Quia licet, quis poſsit prohibere ingreſſum in fundo alieno, non tamen poteſt venatio-

nem d.§ plane cui conferunt ll. præallegatæ l.1.ff. de ſeruit.ru ſtic. præd. adeo, quod venatio capta in fundo alieno efficitur capiētis ſec.gloſ l.diuus de ſeruit.ruſtic.pręd. communiter approbatam, vt nec teneatur dño reſtituere: etſi gloſ.in §.fœrę aliter videt ſentire, quòd alias declarauimus ſua q.ibi videas. probatur primum oppoſitum.per Iaſon.conſ. 119. ibi pro iſta communi vol. 4. Nat. conſ. 375.nu.1. per l. vſumfructuarium venari.ff. de vſufruct. Idem facultatem venandi competere de iure naturali, ſeu gentium not.conſ.604.nu.1.& 6 c.ius natura le 1.diſtinct.cui ſententię videtur accedere Ariſtoteles, qui in politicis inquit homini naturaliter conceſſum eſſe dominatū in belluas: Ideo licitè tāquam dño ſuo ſubiectas capere eas poſſe venando, quod conuenit etiam, cum ſacris litteris conceſsit; namq. Deus poſt diluuium eſum carnium homini, vt habetur Geneſ.c.9. Vnde cenſetur etiam conceſsiſſe, vt venando capi valeant; quia, qui concedit, conſequens videtur, concedere, quòd neceſſario antecedit. c. pręterea de offic. deleg. l. illud, l. ad rem mobilem ff. de procur. Accedat proximè dictis, quæ D.Sot.de iuſtit.& iur.lib.4.q.6.Artic.4.ibi pariferme modo eſt not.Hipol.Riminal.conſ.35.n.1.Seb.de Auc.q.2.part.1. nu.1.& 2. Cum. n. hæc omnia animalia communia ipſa natura fecerit, planè licet per eandem naturæ legem cuilibet primo capienti ea ſibi acquirere, vt Seb.ibi Didac.in reg. peccatum 2. relect §.8.nu.1.S.Thom. 2.2.q.64.Art.1.Zoanet.l.2. nu. 146.C. de pact. inter empt Aug. Ber.conſ.81.nu.3.vol.1. Rol.conſ.9. nu.1.vol.2.& eſt communis concluſio, prout teſtatur, Em.Soarez lib.com.19.verbo venatio Iaſon loco præcitato,& Aflict. in conſtit.regni: ſcire debemus in fin.omnia. n. animalia ſunt naturaliter ſubiecta ex rationibus, quibus id comprobat Seb. d.q.2.part. 1. de aucup. Ex quo dicto ſequitur, quod nec princeps id tollere poteſt, vt Dec.pręalleg.conſ.196.nu. 1.in fi.per not.à Bart.in l.fi.C.ſi Cont.ius, vel vtilit.public.& c. quæ in eccleſiarum de conſtit.Rimin.conſ. 35.nu.1.Iaſ. conſ.119. ibi, pro iſta communi, quia cum ſit facultas venandi de iure naturali tale ius dicitur immutabile, §. ſed naturalia inſtit. de iur. nat. gēt. clem. paſtoralis in verſ. cęteris de re iudic. naturalis namq.

dictat

dictat ratio, vt quæ in nullius bonis ſunt occupanti concedantur, ſicut lapilli, & gemmæ in littore maris iacentes: nam apprehenſione quæruntur § item lapilli inſtit. de rer. diuiſ. huiuſmodi, etiam ſunt feræ §. feræ inſtit. eodem Nat. conſ. 604. nu. 1. Idem conſ. 522. nu. 6. contra quod ius gentium princeps venire non poteſt, vt per Felin. & alios in c. quæ in Eccleſiarum de conſtit. & in c. 1. de probat. Ratio ſecundum doct. eſt. Quia licet Deus ſubiecerit leges principibus, nõ tamen ea, quæ ſunt iuris gentium, ita Bal. in c. 1. qui feud. dare poſſunt. Nam potentius eſt ius gentium, quàm principatus, & Bal. ſequitur Iaſ. in l. quominus, in 3. not. de flumin. conſ. 1. col. 1. in fin. vol. 1. Hinc videmus, quòd etiam conſuetudo, quę eſt contra iuſgentium, non valet. Abas c. fi. de conſuet. Quia iuſgentium ratione naturali fuit inductum, & Abat. ibi ſequitur Roch. de Curt. chart. 46. verſ. 4. ſit concluſio, cui ſententiæ accedit, quòd voluit Bal. in l. vnic. col. 3. poſt medium C. de his, quæ pęn. nomin. vbi inquit, quòd iuſtitia poſitiua, vel municipalis poteſt tolli; ſed nõ iuſtitia naturalis & neceſſaria: quia eſt conſtans, & perpetua, facit quod tradit Abas in c. per tuas col. 11. de arbit. quem ſequitur Felin. c. 1. col. 7. de conſtit. vbi dicit, quod Princeps non poteſt diſpenſare contra ius poſitiuum, q̃ñ eſt fundatum in ratione naturali, vel diuina. Et in ſpetie, quòd venatio, quæ eſt de iure gentium per Principem tolli nõ poſsit, tenet Roland. d. conſ. 9. à nu. 1. vſque ad 10. & cum eo Hipol. Riminal. conſ. 35. nu. 7. Didac. d. reg. peccatum 2. relect. §. 8. nu. 1. vbi pluribus authoritatibus doct. relatis tandem cõem hanc aſſeuerat.

Secundo pro confirmatione ſententiæ adducitur tex. in l. iniuriarum in §. pen. ff. de iniur. ibi ſępiſsimè reſcriptum eſt, quẽ non poſſe prohibere aucupari, & nec venari Rol. ibi nu. 11. per quem tex. ita etiam non poſſe prohiberi per Principem venationem not. Nat. conſ. 522. nu. 6. illumq; tex. etiam inducit ad hoc Iaſ. conſ. 119. ibi pro iſta communi lib. 4.

Tertio in terminis ſing. eſt deciſio Hoſt. Ioan. Andr. Butr. & Card. in c. non eſt de decim. vbi quærũt, quid ſi Antiquitus venatio fuerit libera in loco oĩbus, nunc aũt dñus dicti loci facit p̄conizari, quod ſub certa pęna, nullus in tali loco venari poſsit,

ſit, nunquid talis prohibitio valeat, & reſpondendo quæſito tenent, quod non poteſt, ſi facit contra voluntatem hominũ ſiue populi quorum intereſt; Quia violentia eſt, & conſequenter prohibitio illicita, & quod contraueniens non debet timere pęnã, licet de facto poſsit cogi ſoluere. Hoſt. ſequitur Dec. conſ. 196. nu. 2. idem conſ. 269. in princ. Iacob. a S. Georg. in inueſtit. ſua in verbo, & cum venationibus col. 1. Afflict. d. conſtit. ſcire debemus in fi. Nat. conſ. 522. nu. 6. Iaſ. d. conſ. 119 col. 1. qui dicit deciſ. hanc communiter approbatam, nec habere contradicentem Teſte Roland. conſ. 9. nu. 12. lib. 2. & Rimin. conſ. 35. nu. 2. & eſt de mente Ber. conſ. 81. vol. 1. poſt Gramat. deciſ. 67. nu. 9. qui plures alios citat Afflict. conſtit. ſcire debemus lib. 3. Caſs. in Conſ. Burg. Rubr. 13. §. 7. n. 4. Bened. in c. Rainutius in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam in 5. deciſ. nu. 313. vbi dicit, quòd, cum per magiſtrum aquarum, & foreſtarum linguæ occitanæ prohiberetur venatio, Rex Ludouicus XII. Edicto perpetuo declarauit omnibus venari fore permiſſum, præterquàm in garenis, & certis locis vetitis de iure, Vnde permiſit omnibus liberè venari ſecundum formam iuris: deinde nu. 323. ſubiungit idem Bened. quod Germani, & Galli naturalr̃ venationi ſunt dediti, & canes leues, & agiles, qui leporarii vocantur, delectãtur habere. Vnde ouid. meminit lib. 1. Metamorph. dicens ipſe amor admiſſo ſequitur veſtigia paſſu, vt canis in vacuo, leporem, cum gallicus aruo, vidit, & hic p̃dam pedibus, petit ille ſalutẽ. Poſtea vero ſubnectit n. 336. barones, & dños terrarũ gñaliter oĩbus quãcumq. venationem prohibere non poſſe. prædictis concordat Bertrand. conſ. 255. nu. 8. vol. 1. Iacob. Rebuff. l. vn. C. de venat. fer.

His ſic p̃miſsis nõ obſtãtib9 cõtrariũ verius arbitramur, ſ. Principẽ poſſe ꝓhibere venationẽ variis ex cauſis, ſic etenim adnotare vñr Mart. Laudenſ. in c. 1. §. nemo retia de pace ten. Reb. ĩ l. vnic. C. de venat. fer. Bertr. conſ. 255. n. 9. lib. 1. Caſſ. cõſ. Burg. Rub. 13. §. 7. Gram. deciſ. 67. Bened. d. c. n. 869. Tiraq. đ nobil. c. 37. n. 141. Boet. in Cõſ. Bitu. tit. de Conſ. p̃d. qui fatent, iuſta ex cã venationẽ ꝓhiberi poſſe. quib. addo glo. ĩ c. q venatorib. 86. diſt. ibiq. Turr. crem. Caiet. ĩ tract. 17. q. c. 12. Medin. đ reſt. q. 12.

Gemin.

Gemin.c.ius naturale nu.11. 1.diſtinct.Idem firmat Nat. conſ. 604.nu.2.principem poſſe ex cauſa prohibere venationem ex c.1.§.nemo retia de pace tenend. vbi prohibentur venationes cum laqueis,& retibus;niſi ad Vrſos,& apros,& Lupos capiendos.& hoc ita diſponitur cauſa pacis conſeruandæ ſec. Alu.ibi d.§.nemo retia,& ibi Præpoſ.Mediol.& ſic ibi oſtenditur, qđ ex cauſa,ibi prohiberi poteſt venatio Riminal.conſ. 35.nu.15. Faber.in §.flumina inſtit. de rer. diuiſ. & hæc ſnīa eſt communis, quam omnes amplectuntur; ſcilicet principem poſſe variis ex cauſis prohibere venationem, intelligendo de principe habente poteſtatem legis condendæ,et non recognoſcente ſuperiorem,vt Didac.in reg.peccatum 2.relect.§.8.nu.1.de reg. iur.in 6.hancq. communem Doct. dicit Seb.de Aucup.q.5.nu. 1.part.1. qui triplici ex cauſa eam defendit.

Prima, quia, & ſi venationis locus ſit communis Ciuitatis, aut oppidi; tñ vetari licitè poteſt a Principe, & à Dño per viã gubernationis. Nam fœræ,volucres, & piſces non ſolum ornamento ſunt,& decori Reipublicæ; Verum & neceſsitati ſeruiunt. ob idq. non eſt vulgi temeritati venatio committenda, ſed debet ordine ac l.fieri ne diſpereat.

Secunda, quia princeps communia loca Reipublicæ poteſt alicui proprio vſui dicare; neque ad hoc requiritur conſenſus populi, iuſtum quippe eſt, vt pro ſua dignitate, gratia recreandi animi venationem habeat paratã, præterq̃ quod ad apros, & Ceruos, & id genus beſtias non condecet a plebeis venatu impediri, ſed,vt reſeruentur ingenuis, qui preliorum ſimulacra aduerſus eas meditentur.

Tertia ratio eſt,quia venatio prohiberi poteſt,nempe,quia eſt in loco non communi oppidi, ſed proprio ipſius Domini, in quo ſuam cuſtodit venationem.Nam ſi poteſt fundi Dominus particularis prohibere, ne quis venationis gratia illum ingrediatur, multo magis Princeps §. fœræ, inſtit. de rer. diuiſ. verſ.plane,ita hæ rationes adducuntur a Seb.ibi nu. 2.quas tamen reperio deſumptas ex D. Soto de iuſtit. & iur. lib. 4. art. 6.q. 4.

Quartam etiam ego adduco ex Nat.conſ.604.nu.4.vt ſcilicet

cet iuſta, & rationabilis cauſa dicatur prohibendi venationem, ſi non tollatur indiſtinctè; ſed pro certo tempore, & certo quodam modo: videlicet, ne quis in Altiſsima niue lepores venetur,& ne quis perdices capiat certis inſtrumentis, quæ gregatim incedunt,& apprehenduntur:hoc enim factum videtur ex rationabili cauſa concernente publicam vtilitatem, ne ſcilicet ſequatur horum eſculentorum animalium totalis fœtæ conſumptio, & deſtructio. ita etiam Riminal. conſ. 35. num. 16. per rationem, quod liceat ex cauſa ius gentium limitare, & diſtinguere. de quo dicto abundè tradam in ſolutione primi dubii. Non tamen concedo Principem poſſe in toto ſuo territorio prohiberi venationem de iure communi loquendo; ſed pro loco, & tempore. Nam grauamen fieret nimis populo, cum fœræ ſint iuriſgentium communes,& eſſet auferre libertatem tum animum recreandi, Tum etiam quæritandi victum. ita Seb.ibi num.3. Dom. Sot.loco præcit. & ad iſtud vltimum dictum conferunt not. per Iaſon conſil. 119 ibi tertio facit lib. 4. qui hoc idem probat, quoties fines alicuius oppidi operarentur venationem neceſſariam ad victum quęrendum: puta quia ex ea caperent annuum reditum iuxta l.item ſi fundi §.aucupiorum ff. de vſu fru. l. venationem ff. de vſuris, vtputa quia eſſent montuoſi; vel ſaltuoſi, & ſic ſteriles, & tempore Hyemali iuncta prima parte veris nix adeo eos cooperit, vt plurimum ideo magna pars hominum dicti loci ex venatione neceſsitatibus ſuis quotidianis ꝓuideat,q̄ ſi eis auferretur, leuaretur eis quodāmodo victus,& panis, quem ex venatione emūt eā vēdendo,& talia loca montuoſa, vel ſaltuoſa non veniunt in gn̄ali prohibitione,vt idem Iaſ. ibi not. Quintam & ego adduco cauſam prohibitionis venationis a Principe videlicet, vbi particulare priuilegium venādi alicui concedit,qui ſit benemeritus & ſic ex cā remunerationis,qđ pōt ꝓhibēdo alios ī ea parte priuilegiata venari ſaluo priuilegiato.ita Nat.cōſ.522.n.30. ea rōne, qđ princeps ex cā ſaltem concernente publicā vtilitatē poſsit iuri naturali,& gentiū derogare ad not.per Bar.in ꝓem. ff.l.quicunq. ī fi.C.de iur.fiſc,li.10.Bal.ī l.reſcripta circa fi. C.de pcib.

imp.off.mod.in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. Nat. ibi nu. 28. & hoc non obſtante, quod venandi ius competat de iure gentium. Nam & Princeps etiam ſecularis contra illud ex cauſa rationabili poteſt ſtatuere. Abas c. quæ in eccleſiarum num. 11. de conſtit. contra quod ius gentium poteſt diſponere princeps ius commune condendo, vel iuriſdictionem exercendo Bart. l. fi. C. ſi cont. ius per l. fin. C. de iur. dot.

Nec impugnari poteſt, quod dici ſolet de impotentia ex c. non eſt de decim. quia dictum Doct. ibi intelligitur, nulla ſubſiſtente cauſa, ſecus ſi fiat prohibitio cum cauſa, vt per exemplum declarat Riminal. conſ. 35. nu. 14. Quod eò magis procedit, ſi princeps auferret ius priuati ex cauſa remunerationis factę alicui, qui ſit benemeritus de Republica vt Rom. conſ. 310. per tex. in l. item ſi verberatum §. 1. ff. de rei vendic. l. Lucius ff. de euict. l. 1. & 2. C. pro quib. cauſ. ſer. l. ſi quis in graui, §. hi quoq. ff. ad Syllan. c. in noſtra de iniur. Dec. conſ. 271. Nata ibi d. conſ. 522. nu. 29. ad hæc faciunt a contrario quæ Roland. not. conſ. 9. in princ. vſque ad nu. 10. lib. 2. & quæ poſui in q. 48. an Principis priuilegio acquiratur ius venandi.

Sextam cauſam ego adduco prohibitionis vbi færæ tenerentur incluſæ in nemoribus, locisue, parietibus, ſepibus, aut palis, vel aliis materiis circundatis, & clauſis ita quod in his nemoribus, & locis capi poſſent ad nutum Domini, tunc. n. non liceret hominibus in dictis locis venari per l. item ſi fundi §. ſeminarios ff. de vſufr. quia, ſic viderentur eſſe eiuſdem domini, cum non poſsint euadere eius cuſtodiam arg. l. naturalem §. ceruos ff. de acq. rer. dom. Hipol. Rim. conſ. 35. nu. 4. dixi in 3. ratione.

His ſic rationibus, firmata concluſione, ſcilicet Principem ex cauſa iuſta, & rationabili poſſe venationem prohibere, reſtat modo, vt contraria diſſoluantur.

Non obſtat primo loco fundamentum in contrarium, quo dicebatur, ius venãdi fore iuregentium liberum omnibus hominibus, quod ius tollere non poteſt, vti ius naturale ſit immutabile ipſe princeps, quia potentius ſit tale ius, quàm principatus iuxta ibi allegata. Nam reſpondetur, quod omnes do-

ctores

ctores de hoc oppoſito loquentes intelligunt, iſtud procedere, vbi hoc fieret ſine cauſa, ſecus autem, ſi iuſta, & rationabili cauſa, hoc prohibet princeps, ſcilicet ius Venandi, ita Rol. conſ. 9. nu. 3. & 9. Nat. conſ. 604. nu. 2. per c. 1. § nemo retia de pace tenend. vbi prohibentur venationes cum laqueis, & retibus, Niſi ad Vrſos, & apros, & Lupos capiendos, & hoc ita diſponitur cauſa pacis conſeruandæ, vt Alu. & Præpoſ. ibi: & ſic ibi oſtenditur, quod Venatio poteſt ꝓhiberi a Principe. Idem probat Rimin. conſ. 35. num. 14. & 15. vbi apertè probat poſſe Principem venire cõtra ius gentium ex cauſa rationabili, etſi ius venandi ſit omnibus commune iure gentium refert Abat. in c. quæ in eccleſiarum nu. 11. de conſtit. poteſt ergo Princeps diſponere contra ius gentium, ius commune condendo, vel iuriſdictionem exercendo, prout not. Bart. in l. fi. C. ſi cont. ius per l. fi. C. de iur. dot. Idem Nat. conſ. 522. num. 28. vbi fatetur Principem ex cauſa concernenti publicam vtilitatem iuri naturali, & gentium derogare iux. not. per Bart. in proe. ff. l. quicunque in fi. C. de iur. fiſc. lib. 10. Bal. in l. reſcripta in fi. C. de ꝑcib. imper. mod. d. c. quæ in eccleſiarum de conſtit. vbi & Abas nu. 11. etiam ſi Princeps auferat ius priuati, puta ſi ex cauſa remunerationis inde factæ alicui, qui ſit benemeritus de Republica, vt Rom. conſ. 310. cum aliis alleg. per D. Nat. conſ. 522. nu. 29. & 30. vbi tandem concludit; Principem poſſe concedere ex cauſa remunerationis, vt in quodam loco nemo poſſit venari, Niſi ille benemeritus, quemadmodum & piſcari. dicit Dec. conſ. 271. ſunt. n. equiparatiua, vt Dec. conſ. 196. nu. 1. licet n. iure naturæ, omnia ſint re ipſa communia, poſſunt tñ a Republica, & Principibus, qui eorum, quæ in nullius bonis ſunt, & diſpenſationem habent, quædam priuatis ita concedi, vt in poſterum ea priuata, communia non ſint § ſingulorum inſtit. de rer. diuiſ. l. 1. ff. de acq. rer. dom. etiam abſq. corporali occupatione. quod Caiet. concedit tract. 17. q. c. 12. Ad hæc facit, qđ ſicut occupatio rerum, quæ nullius ſunt priuatim iure naturali efficit illud, quod prius commune erat, proprium ipſius occupantis l. 1. ff. de acq. poſſeſſ. vt modo mentionem habuimus, ita reſpublica, eiuſve rector poterit, q̄ communia prius erant,

nulliusq. in bonis habebantur, in priuatum iure dominii tranſferre. iure ſiquidem naturali, omnia fuere ab initio communia, & tamen humana, l. facta eſt diſtinctio rerum inter priuatos: poſtquàm diſtinctionem non licet, cuiq. occupare dictam rem, & alicui priuata, l. humana addictam: ſicuti elegāter tradit Conr. in lib. de cont. q. 10. His accedit, quod humana l. vel princeps facere poteſt, vt dominium rei priuatæ, quæ Dominium habet abſq. traditione, transferatur in alterum, ipſius Domini conſenſu, qui exigitur ad tollendam iniuriam l. vlt. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. raptores C. de Epiſc. & cler. l. traditionibus C. de pact. Ergo earum, quæ nullius ſunt, & Principis diſpenſationi ſubiacent. poterit princeps dominium abſque apprehenſione corporali in priuatum transferre. Hinc etiam conſtat principem poſſe harum rerum, quæ communes ſunt ex cauſa occupationem priuatis interdicere, & ſic Venationem ipſam prohibere. Aliter etiam reſpondetur fœras, volucres, & cętera animalia iure naturæ non eſſe communia poſitiuè, & affirmatiuè: quia omnium propria ſint communis dominii cauſa; Sed negatiuè quia nullius ſint, & iure naturæ nulli ſint applicatę ſec. Thom. 1.2. q. 94. art. 5. Caiet. dict. capit. 12. Idcirco l. humana poteſt vni potius, quàm alteri ex cauſa concedere.

Ex quibus infertur, ſublato argumento, venationem licet iure naturali omnibus permiſſam poſſe; tamen variis ex cauſis per Principes prohiberi: quemadmodum authores pręcitati fatentur. Nec valida eſt argumentatio: Hoc eſt iure naturali permiſſum, ergo per l. humanam prohiberi non poteſt, cum multa ſint iure naturæ licita, quæ inſpecta Reipublicę vtilitate, & iuxta æquiſsimum communitatis regimen per l. humanam prohiberi poſſunt: Quod ſi ita argumentemur. Hoc eſt iure naturę prohibitum, ergo l. humana permitti non poteſt, valida omnino eſt, & firmiſsima probatio. Igitur concludo, Principem habentem poteſtatem legis condendæ, non recognoſcentem ſuperiorem, poſſe prohibere venationem variis ex cauſis ex Didac. in reg. peccatum 2. relect. §. 8. nu. 1. de reg. iur. in 6. Seb. de auc. q. 5. par. 1, nu. 9. & ſeq.

Nec

Nec obſtat, quod ſecundo loco adducebatur de l. iniuriarum §.pen.ibi,& ſæpiſsimè reſcriptum, quem non poſſe prohiberi, aucupari ergo, nec venari argumento ab equiparatis, quia reſpondetur, tex. illum poſſe procedere in prohibitione ſine cauſa ad ſuperius notata; non autem ſi adſit iuſta, & rationabilis cauſa. Vel ſecundo reſpondetur, text. procedere, ne poſsit prohiberi venatio a priuatis, vel Magiſtratibus inferioribus, non ſi a Principe ſupremo; ita reſp. ad illum tex. Nata conſ.522. nu.23. ibi & ad tex.

Non obſtat, quod tertio loco in contrarium mouebatur, ex deciſ.Butr.poſt Hoſt.& Io.And.in c.non eſt de decim.vbi dicunt non poſſe prohiberi venationes per Principes ſuis proclamatibus, quando diu, & antiquitus fuit libera: quia arg. ex ipſa deciſ.ſumptum, debet intelligi.ubi id fieret contra voluntatem hominum, vt dicit Rol.conſ.9.nu.12. lib.2. At ſecus dicendum, vbi interueniat conſenſus populi, prout Dec.conſ. 196.nu.2.Rimin.conſ.35.nu.2.Kirchou.lib.com.opin. 19.verbo venatio, & ita etiam huic argumento ex deciſ. Butr. reſp. Nat. conſ. 522.num.7.qui dicit, illam deciſionem, non procedere quathenus adeſſet prohibitio,& prohibiti acquieuiſſent, quia negligenter per legitima tempora paſsi fuiſſent; contra ſe præſcribi, (de qua præſcriptione, dicam ſuo loco) vel, quia interueniſſet in ſtatuto prohibitiuo conſenſus populi.

Secundo ad illam deciſ. reſp.Nata ibi num.23. vt loquatur deciſio Butrii, & aliorum de Dominis terrarum recognoſcentibus ſuperiorem, qui prohibere nequeunt, non de ſupremis, qui poſſunt ex cauſis præmiſsis. & per hæc ſit q. expedita, & diſputata ad partes.

QVAEST.

QVAEST. II.

QVAERITVR, num Princeps inferior recognoſcens ſuperiorem poſsit ſuis ꝓclamatibus prohibere venationes hominibus ſuis, ad hanc q. plura poſſent hinc inde adduci, ad iam per me notata in q. de Principe non recognoſcente ſuperiorem, breuitatis cauſa deciſiue loquendo teneas venationem non poſſe prohiberi a Principe; ſeu Magiſtratu recognoſcente ſuperiorem. nec tenent ꝓclamata, l. 1. 2. & 3. ff. de acquir. rer. domin. §. feræ de rer. diuiſ. Vnde ſi faciat ſtatutum, ne liceat venari, dicitur inferre violentiam niſi interueniat cõſenſus eorum, quorum intereſt; puta populi l. iniuriarum §. fin. ff. de iniuriis, ibi, & ſæpiſsimè reſcriptum eſt, non poſſe quem prohiberi piſcari, idem, & venari not. Dec. conſ. 196. nu. 2. idem Dec. conſ. 271. in princ. Ioan. Faber. in §. flumina inſt. de rer. diuiſ. idem notat in terminis dicti ſtatuti Ant. de Butr. poſt Hoſtienſ. Ioan. And. in c. nõn eſt de decim. apoſtill. ad Decium ibi in verbo venari allegat Ater. in d. §. flumina Ruin. cõnſ. 28. lib. 1. Iacob. a S. Geor. tract. feudor. in verbo, & piſcationibus, ſimiliter non poſſe feudatarium prohibere venationes, quia ita faciendo dicitur ſubditis facere violentiam. not. Boſſ. in tit. de regal. nu. 42. ſuæ prax. qui dicit quòd in Dominio Mediolani vbicunque fiebant proclamata, Senatus non tolerabat, quod, & refert Hypolitus Riminald. conſ. 35. nu. 4. in fin. Nat. conſ. 522. nu. 23. facit optima ratio Iaſon in conſ. 119 ibi quinto facit lib. 4. vbi dicit, quod tollere ius alterius non pertinet, niſi ad ſolum Principem ſupremum, qui non habet ſuperiorem; vt Papa, & Imperator non autem ad inferiores qui ſuperiorem recognoſcunt, vt Comites, Marchiones, qui iſtud non poſſunt facere, etiam ſi in eorũ reſcripto contineretur clauſula non obſtante, & eſſet caſus, in

quo Imperator poſſet tollere. per Alber. quem allegat in l. quoties C. de præcib. imper. offerend. Archid. 25. q. 11. in ſumma: Concluſio ergo remanet firma, Dñm recognoſcentem ſuperiorem non poſſe ſubditis ſuis prohibere venationem liberam, iure naturali, & ſtatutum non valet, ſi ſubditorum nõ interueniat conſenſus. Si autem interueniat, vel ſaltem tacitè, quia negligenter ſe habent, & patiantur contra ſe præſcribi, per longiſsima tempora vtiq. acquiritur ius dominis: ita Nata conſ. 522. nu. 7. l. alienationis in princ. ff. de verb. ſignif. l. non eſt incognitum C. quib. non obſtat. long. temp. pręſcript. & Doct. omnes præcitati, vt Anton. Ioan. Andr. atque ex Theolog. Caietan. in ſumma; in verbo venatio. quę quidem pręſcriptio cautè eſt recipienda & ſeruãda in Iudicio exteriori. item, & in conſcientiæ foro præſertim ſi ea initium à tirannide habuerit, vt inquit Didac. in reg. peccatum 2. relect. §. 8. num. 1. in fin. quæ præſcriptio cauſatur ex proclamatibus cui non fuerit contradictum, vt Boſſ. loco præcitato, ex Iacob. qui ex eo dicit quòd vbi priuilegium dicat cum venationibus, & dominus ità poſsideat ſine contradictione acquirit vtile Dominium ſibi, & Domino directum. Habes igitur notare optimam cautelam pro iſtis feudatariis, quia ſi faciant fieri procla mata, ne qs ſub pœna audeat venari, in territorio ſuo, & tales homines acquieſcant non contradicendo dictis proclamatibus, ex tali ꝓhibitione, & non contradictione dicitur acquiſitum ius feudatario, prohibendi venationem. ita Roland. conſ. 9. nu. 13. lib. 2. ex Iacob. d. tractat. feud. verbo & cum venationibus. Si ergo ſubditi deſiſtant à venando propter proclamata, dominus terræ conſtituitur in quaſi poſſeſsione prohibendi, & ſi per longa tempora ſubditi acquieſcant, Dominus præſcribit tale ius prohibendi, per not. in l. 1. & 2. C. de ſeruit. & a qua glo. & doct. in l. qui luminibus ff. de ſeruit. ruſtic. prædiorum Ripa l. quominus nu. 133. de flumin. c. cum eccleſia ſutrina nu. 51. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & Roland. ſequitur Kircho. lib. com. 19. verbo venatio hominibus in fine, & eſt deciſio grammat. 67. quæ incipit exorta lite, vbi refert alios doct. mod. hoc tenẽtes quã cautelam etiam docet Nat. conſ. 522. num. 7. Sebaſt. de Venat.

q.25.nu.2.part.2.intelligendo ſemper talem cautelam prodeſſe, vbi homines ipſi acquieuiſcent p tempus immemorabile, vt Didac. & Sebaſt. & Nata not. quod tempus longiſsimum hoc caſu Roland.dicit 30.annor.ſecund.Bal.in l. lapilli in 3.q. de rer.diuiſ.ff.gloſ. & Doct.in l. qui luminibus Doct.communiter in c.ſignificante de appellat. Vbi autem ſubditi contradixiſſent,opponendo ſe proclamatibus immediate cum habent notitiam de proclamatione,& appellāt,ſecus erit dicendum, & iſta eſt contraria cautela pro ſubditis contra Dños, & corū proclamata.ſecund.Roland.ibi num.16. Videndum modò an Dominus inferior aliquo caſu poſsit prohibere,& Iacob. Rebuff.in l.vnic.C.de venat.fer. quem refert.Marc.deciſ.529.nu. 15.ibi de materia tenet, quod vbi feræ ſunt introcluſæ muro, aut clauſula tunc vti in parcu poteſt prohiberi venatio, vt, & idem notat in pdicibus qñ quis vellet taliter venari ad finem capiendi in magna abundantia, ità quod poſſent abſorberi, & de populari, eſſetq. præiudicium Reipublicæ nam tunc etiam per ipſum Iudicem prohiberi poſſet. Vnde habes quod etiam inferior ex iuſtiſsima cauſa a Principe iuriſdictionem habens, ad aliquod tempus prohibere poteſt; non quidem per l. quā ſtatuere nō valet, ſed per edictum: perpetuò verò non poteſt Princeps,qui ſuperiorem habet, niſi id ius p pſcriptionem immemorabilem legitimè acquiſierit vt Doct.prę̨fati;& Didac. ibi Sebaſt.de venat. q.5.in fin.part.1. Vnum etiam notandum putes, quod licet alias dixerimus principem ſupremum poſſe elligere plura loca venatoria cauſa recreandi animum, nō tamen poſſunt alii magnates, quibus non eſt eadem ratio, ad cuſtodiendā ſui gratia vetandāq. venationem quanta in Principe,etiam ſi cum ſeu iuribus fuerit elargitus, ea ipſis magnatibus, ità Sebaſt.d.q.nu. 5. Ratio iſta eſt quia licet Rex poſsit in Regno decem puta loca eligere venatoria, non tantum bis, aut tercentum poſſet, non tamen trahi debet ad magnates, quia ſi magnatum ſinguli in ſuis opidis, aut territoriis plura haberent loca cuſtodita, grauamen Regno fieret intolerabilius; ſunt enim ferę communes de iuregentium ideo non eſt nimium populus à venatione cohibendus, quandoquidem libertatem

bertatem etiam habeat illo modò, tum animum recreandi, tum quæritandi victum, ita Dom. Sot. de iuſt. & iur. lib. 4. art. 4. q. 6. ibi hoc autem.

QVAEST. III.

QVAERITVR, nùm Iudex in loco in quo gerit Magiſtratum poſsit prohibere venationes, & dicas quod non. Si tamen adeſſet aliqua iuſtiſsima cauſa, tunc bene poſſet ad tempus, non per l. quam ſtatuere non poteſt, ſed per edictum. iuſtiſsima autem cauſa reputatur, quando quis vellet taliter venari, & cum certis inſtrumentis in magna abundantia, ità quod poſſent animalia, ſiue feræ abſorberi, ſeu depopulari: & quia eſſet præiudicium reipublicæ, eo caſu etiam iudices poſsunt. ita Franc. Marc. deciſ. 529. nu. 15. ibi de materia not. ex Iac. Rebuff. in l. vnic. C. de venat. ferar. idem Sebaſt. de aucup. q. 5. nu. fin. part. 1.

QVAEST. IIII.

QVAERITVR, de cautela per quam poſsint Domini prohibere ius venandi ſubditis ſuis, & dicas illam eſſe vt faciant fieri proclamata pœnalia, ne quis ſub pœna audeat ire venatum in territorio ſuo, quia ſi his proclamatibus homines acquieuerint, & non contradixerint, ex tali prohibitione; & non contradictione dicitur acquiſitum ius prohibendi venationes ſubditis. ita Iacob. de S. Georg. in ſuo tract. feudor. in verbo. & cum venationibus. ſi ergo vigore proclamatum deſiſtant à venando ſubditi, Domini conſtituitur in quaſi poſſeſsione prohibendi, intelligendo ſi per longa tempora ſubditi acquieſcant, tum Dominus præſcribit tale ius prohibendi. per not. in l. 1. & 2. C. de ſeruit. & aqua gloſ. & Doct. in l. qui hominibus ff. de ſeruit. ruſtic. prędiorum Rip. l. quominus nu. 133, ff. de flumin. c. cum eccleſia ſutrina nu. 51.

de cauſ.poſſeſſ.& propriet.& tale longum tempus dicitur immemorabile, ita Ant. But. Ioan.And. & alii in cap. non eſt de decimis Caiet. in ſumma in verbo venatio, Zoan. l. 2. num. 155. C. de pact.inter emptorem, hanc cautelam ponit Sebaſt. de aucup.quæſt.25.num.2.part.1.Franc.Marc. deciſ. 529.num. 15.Nat.conſ.522.num.5.Roland. conſ.9.nu.13.lib. 2. quem ſequitur Kirchouius libr. com. 19. verbo venatio hominibus Didac. reg. peccatum 2 relect. §. 8.num. 1. in fin. & tale tempus longiſsimum dicitur 30.annorum ſecundum Rol.d conſ. num. 15.per Bald.l.lapilli 3.q.de rer.diuiſ. gl.& Doct. d.l.qui luminibus, & Doct.com.in c. ſignificante de appellation. addo Balb. in 4.part.5.princ.nu.fin.de præſcript.

QVAEST. V.

QVAERITVR, an aliquo remedio conſultum ſit ſubditis, pro conſeruatione iuris venandi vbi emanauerint proclamata prohibita pęnalia Dominorum de nō venando in territorio ſuo, & dicendum illam eſſe, vt ſtatim habita notitia immediatè ſubditi appellent, & ſe opponant, nec deſiſtant a venatu, hoc enim caſu cōſeruatur eis ius venandi, nec acquiritur aliquod ius Dominii ex prohibitione. ità Rol. not. conſ. 9. num. 16.lib. 2. Iacob. à Sanct. Georg. de feud. verbo & cum venat.ita Doct. tenent & innuere videntur in locis per me allegatis in q. præcedenti dum tradidimus cautelam pro Dominis addo etiam Balb.in 4. part. 5. princ. num. fin. de pręſcriptionibus.

QVAEST. VI.

QVAERITVR, num pœna proclamatum prohibentium venationes poſsit eſſe corporalis, ego dicerem pęnas acerbas non ſtatuendas ex quo illud non æſtimatur furtum, ſi non ſit locus Domini proprius muro cinctus, eſt enim crudele pęna corporali plecti ingredientes loca vetita venationis gratia, ſed ſatis eſt ſi duplum, aut ſimplum perderent, & plagas, inſtrumentaq. amitterent. Quod ſi in his creſceret contumacia, poſſent relegari in inſulam; ſeu incertum aliquem locum alterum, ſi vero iſto caſu adeſſet contemptus ſuperioris, tunc non ratione venationis prohibitæ, ſed contemptus poſſet pęna corporali plecti, pro modo contemptus, ità ego aſſentio eo caſu quo in ſpetie eſſet reſeruata venatio principi: vt eſt parcus, vel aliud nemus reſeruatum, talisq. venator fuiſſet alias inobediens, licet Dom. Sot. de iuſt. & iur. q. 6. art. 4. ibi quare profectò hoc non tangat, ſed Sebaſt. de aucup. q. 5. nu. 7. quem ita declaro in eius mente dum dicit contemptum punibile corporaliter, Ideſt ſi alias propter contemptum punitus leuiter non deſtiterit, vel quia in ſpretum principis, vel magiſtratus, & ſi prohibitus pęnaliter ingredi parcum ingreſſus fuerit.

QVAEST. VII.

QVAERITVR, num præſcriptione poſsit quæri ius venandi, Et Reſp. quod ſic, qñ eſt tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedat, vel conſuetudine legitimo conſenſu populi ſtatuta. ita Sebaſt. de venat. q. 1. part. 2. ex Bald. in rubric. ff. de rer. diuiſ. Aretin. §. flumina inſtit. de rer. diuiſion. Crauet. de antiquit. tempor. p. 4. cap. materia iſta. nu. 80. Balb. de præſcript. 4. part. 5. princ. nu. fin. de pręſcript. idem probat Didac. capit. peccatum 2. relect. §. 8. numero primo in fin. de reg. iur. vbi dicit per immemorialem præſcriptionem legitimè acquiri ius uenationis, quod ſentire dicit Io. And. Ant. & alios in c. nō eſt de decimis Caiet. in ſumma in verbo venatio

quam quidem prçſcriptionem dicit cautè recipiendam,& ſeruandam in Iudicio exteriori, item & in conſcientiæ foro, præſertim ſi ea initium habuerit a tyrannide, vt & idem Didac. not. num. 10. ibi 7. hinc. vbi & tyrannidem ipſam etiam animaduertendam dicit, faciunt quæ ad hoc not. Nata in. conſil. 522. num. 1. vbi apertè probat præſcriptione acquiri ius venandi, & alios prohibendi, ex qua prohibitione Domini conſtituuntur in quaſi poſſeſsione iuris illius, q̃ ſi fuerit continuata per tempus requiſitum ad præſcriptionem; ſequitur, vt præſcriptione Dominis prohibentibus dicatur ius acquiſitum. ꝓbat ex l. hæc autem iura ff. de ſeruit. vrban. prædior. l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeruit. vendicetur tradit gloſ. Bartol. & alii in l. 2. C. de ſeruit. & aqua ad hoc bona gloſ. in l. qui luminibus ff. de ſeruit. vrban. prædior. idem Nata ibi num. 5. Grammat. deciſ. 67. idem Nata ibi nu. 7. per l. alienationis ff. de verbor. ſignific. gloſ. in l. non eſt incognitum C. quib. non. obſtat long. temp. præſcrip.

Ex his igitur habetur quod vbicunque emanauerit prohibitio a Dominis de non venando, cui conſenſerint ſubditi, nec contradixerint abſtinendo a venatione, tunc domini conſtituuntur in quaſi poſſeſsione prohibendi,& ſi per longa tempora acquieſcunt, tunc Domini tale ius præſcribunt, quod & Balb. notat in tract. præſcript. 4. part. 5. princip. nu. fin. Ripa in l. quo minus nu. 133. de fluminib. & in cap. cum eccleſia ſutrina num. 51. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. & tale tempus longiſsimum arbitratur Rolan. conſ. 9. nu. 15. lib. 2. fore 30. annor. per Bald. in l. lapilli 3. q. de rer. diuiſ. Doct. communiter in c. ſignificante de appell. Roland. ſeq. ad hanc q. Kirchouius lib. com. opin. num. 19. verbo venatio faciunt quæ Iacob. a Sanct. Georgio de feudi verbo & cum venationibus, & quæ dixi in materia prohibitionis per Dominum. q. 1. & 2.

QVAEST. VIII.

QVAERITVR, nùm ſi dominus faciat ſtatutum, quod nullus poſsit venari, puta in tali loco valeat, Reſpondet Dec. in conſil. 196. nu. 1. quod non, quia dicitur inferre violentiam, & hanc dicit ſingularem deciſ. Anton. de Butr. poſt Hoſt. & Ioan. And. & Card. Flor. in c. non eſt verſ. ſed quid ſi olim de decimis apoſt. ibi ad Dec. idem Dec. in conſ. 271. in prin. ibiq; apoſtill. alleg. Fabr. & Aretin. in §. flumina inſtit. de rer. diuiſ. Ruin. conſ. 28. idem not. Hypolitus Riminal. conſ. 35 n. 2. cum Decio vbi quærit cum aliis, quid ſi iam diu libera fuit venatio omnibus in certo loco, nũ autem Dominus loci facit ſtatutum quod nullus de tali loco venetur ſub certa pœna, nùm valeat, & tenet quod ſi hoc ſtatuit contra voluntatem hominum, ſiue populi quorum intereſt, eam eſſe violentiam, & conſequenter prohibitionem illicitam, & contrauenientem non debere timere, licet de facto cogi poſsit ſoluere pęnam. vt & Berous conſ. 81. nu. 30. vol. 1. Gram. Deciſ. 67. nu. 9. qui plures alios citat Afflict. in conſtitu. regn. ſcire debemus in fin. 3. lib. Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 13. §. 7. nu. 4. Benedict. in c. Rainutius in verſ. & vxorem nomine Adelaſiam in 5. deciſ. num. 313. idem ſequitur Nat. in conſ. 375. num. 2. vbi non interueniat conſenſus populi; idem Nat. conſ. 522. nu. 7. qui hoc idem probat vbi vigore ſtatuti prohibiti acquieuerint, ex quo tacite videntur conſentire, & negligenter ſe habendo abſtinendo a venatione per lõgiſsima tempora, contra eos inſurrexit pręſcriptio, & hęc concluſio præſentis q. eſt veriſsima & communiter approbata citra contradictionem, ſecundum Iaſon conſ. 119. ibi ſed iſtis non refragãtibus lib. 4. quam & refert & ſequitur Rimin. vbi ſupra Rolã. conſ. 9. nu. 12. lib. 2. faciuntq; not. Kirchouius lib. com. 19. verbo venatio Marc. deciſ. 429. nu. 15. Si autem ſtatutum prohiberet in totum venationem non valeret, vt tenet Sebaſt. & ego ei aſſentio, in tract. venat. q. 4. part. 2. eam puto rationem, quia cum

cum cuilibet liberum ſit venari iure naturali, ſeu gentium, qđ quidem poteſt Princeps limitare, & diſtinguere, non tm̃ in totum vti immutabile. vt Nata conſ.604.nu.1.& 5.faciunt. not. in q. an Princeps poſsit prohibere.

QVAEST IX.

QVAERITVR, an quando ex forma ſtatuti, fuit facta ꝓhibitio venationis caliarum, & perdicum, ſi quis venatus fuerit pro aduentu Principis excuſetur a pœna ſtatuti; Reſp. Ioan. Plat.l. 1.C.vt null.liceat in fren. libr. 11. quod non. & eund. ſequi videtur Franc. Marc. deciſ. 529.numero 15.

QVAEST. X.

QVAERITVR, num ſubditi poſsint ſtatuere quod venatio pertineat ad ſolos Dominos, & dicendum qđ ſic, ex quo quilibet poteſt renuntiare iuri publicò ad priuatam vtilitatem inducto, & niſi poſsit iniuria afficiatur, tamquàm de re ſua nequeat diſponere contra id quod habetur in l.in re mandata C. mand.l. ſi lege §.conſuluit. ff.de petitione hæredit. & hoc videntur ſentire Ant.Butr. Hoſt.Io. And.& alii in c.non eſt de decim.Dec.conſ.196.nu.2. & 271.in princ. Nata conſ. 375.nu. 2. Roland. conſ.9.nu.12.Kirchouius lib.com.19. verbo venatio Riminal.conſ.35.nu. 2. Iaſ. conſil. 119.lib.4 Boſſ. de regal. num 42. dum dicunt Dominos poſſe ſtatuere contra libertatem venandi interueniente conſenſu populi, ſeu quorum intereſt, quaſi validitas pendeat a conſenſu ſubditorum Nec video rationem in contrarium cur populus non poſsit a ſe abdicare facultatem venandi, & alteri concedere, quia ſi poteſt tacito conſenſu vigore præſcriptionis quam patitur contra ſe acquieſcendo proclamatibus Dominorum prohibentibus venationem non contradicendo ad notata in quæſt. 2. 4. & 7. ita etiam videtur poſſe expreſſo

conſenſu

conſenſu ſtatuendo ad ſolos dominos pertinere venationem. ita in terminis reſpondet Nata conſ.522.nu.12. & 13.

QVAEST. XI.

QVAERITVR, num Princeps poſsit prohibere venationes in d. loco vbi homines ſint in quaſi poſſeſsione, & reditum percipiunt ex venatione alteri concedendo videretur prima facie poſſe, ſicut & ſtatutum valere videtur prohibitiuum venationis.c.1.§. nemo retia de pace tenen. vbi text. prohibet neminem tendere retia,ſeu laqueos, aut quælibet inſtrumenta ad capiendas venationes, vt per illum tex.Hern.& Aluar. dicunt ibi multoties fieri ſtatuta penalia qđ perdices, vel conturnices non poſsint cum retibus capi ad hoc vt nobiles cum canibus, & auibus venentur,& hoc facere ſolent multi Principes, Quod eò magis videretur procedere ſi in conceſſione iuris venandi adeſſet clauſula motu proprio, & ex certa ſcientia, quæ clauſula motus proprii ampliat gratiam, & tollit vitium ſubreptionis, c.ſi motu proprio,& c. ſeq. de p̄bend. in 6.& clauſula ex certa ſciētia operatur,vt videať vti plenitudine poteſtatis, gloſ.not.quàm commendat Abas in c.ad hęc de reſcript.glo.in c.ex parte el 3.de off.delegat.& adeo potens eſt clauſula ex certa ſcientia vt quis non debeat audiri contra illud quod facit Princeps,imo debeat repelli,& ei imponi perpetuum ſilentium, vt Bald.in tit. de pac. Conſtant. in §.ſi quis autem per illum tex.in verbo non admittemus. Pręmiſsis tamen non obſtantibus contrarium videtur verius prohibitionem, ſcilicet cum conceſsione non præiudicare hominibus, ſeu ſubditis in iure venationis. ita Canon. in c. non eſt de decim. vbi Hoſt. & Ioan.And.formaliter quærunt, quid ſi antiquitus fuerit libera venatio omnibus in certo loco, nunc aūt Dñus loci facit p̄conizari ſub certa pœna, quod nullus de tali loco venetur,quæritur numquid talis venatio valeat,& tenent, quod ſi hoc faciant contra voluntatem populi, & hominum quorum intereſt, quod violentia eſt, & conſequenter

prohibi-

prohibitio illicita, & quod contraueniens non debet timere, licet de facto poſsit cogi pœnam ſoluere, ſequitur Card. ibi in 2.q. & eſt ſing. deciſ. Ant. de Butr. ibi communiter approbata ſecund. Iaſon conſ. 119. lib. 4. quem refert. & ſequitur Roland. conſ. 9. nu. 12. lib. 2. Hypolit. Riminal. conſ. 35. nu. 2. Afflict. in conſtit. ſcire debemus in fine Iacob. a S. Georg. tract. feud. verbo, & cum venationibus Decius conſ. 196. nu. 2. idem conſ. 271. in princ. apoſtill. ibi & Doct. refert. Fabr. Ang. in §. flumina de rer. diuiſ. inſtit. Ruin. conſil. 28. Berous conſ. 81. num. 30. vol. 1. Gram. deciſ. 67. nu. 9. Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 13. §. 7. nu. 4. Benedict. in c. Rainutius in verſ. & vxorem nomine Adelaſiam nu. 313. Franc. Marc. Deciſ. 529. nu. 15. Boſſ. in prax. crim. tit. de regaliis n. 42. idem inuere videtur Balb. de præſcript. in 4. part. 5. princ. n. fin. ibi ſi ſubditi non contradicant Nat. conſi. 375. nu. 2. Nata conſ. 522. nu. 5. & 7. vbi idem probatur non interueniente conſenſu populi, & ibi nu. 13. Sebaſt. de Venat. q. 4. 2. part. Kirchou. lib. com. opin. 19. verbo venatio. Pro communi deciſ. facit tex. in l. iniuriarum §. fi. ff. de iniuriis vbi text. dicit ſæpiſsime reſcriptum non poſſe prohiberi quem piſcari, & nec venari cum æquiparentur. vt Dec. conſ. 196. in princ. per quem tex. ſic arg. Rolan. conſ. 9. nu. 11. lib. 2. Nat. conſ. 522. nu. 6. Decius ibi. Ratio quia venatio cuilibet ſit a iure gen. permiſſa. §. feræ de rer. diuiſ. l. 1. 2. & 3. de acquir. rer. domin. ff. ergo ſtatuto principis tolli non poteſt. §. ſed naturalia inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. clem. paſtoralis verſ. cæterum de re iudi. fortiuſq. ſuſtinetur deciſio cōtra ſtatutum prohibitionis vbicunq. homines prohibiti eſſent in quaſi poſſeſsione venandi, tam longiſsimo tempore cuius initii memoria non exiſtit, cū tantum tempus habeat vim priuilegii, & conſtituti: l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. c. ſuper quibuſdam §. præterea de verbor. ſignif. vnde dicendum quod vbicunque emanauerit talis prohibitio, ſiue ſtatutum, tale reſcriptum non valeat, vigore vrgentis præſumptionis, quod princeps non cō ceſsiſſet ita de facili. Accedat tertio loco non valere ſtatutum prohibitiuum venationis vbicunque non ſit ad voluptatem, nec ſolum ſit vtilis hominibus, ſed neceſſaria ad victum quærendum,

rendum, vtputa quia inde capiant reditum annuum. iux. l. itē ſi fundi. §. aucupiorum. ff. de vſuſtuct. ff. de vſur. l. venationem exemplum etiam adducitur ſi fines loci eſſent montuoſi, & ſaltuoſi, & ſic ſteriles, & tempore hiemali iuncta prima parte veris nix eos vt plurimum exoperiret, Ideoq. magna pars hominum loci ex venatione neceſsitatibus ſuis cotidianis prouiderent, quæ venatio ſi auferretur leuaretur quodamodo eis victus, & panis quem ex venditione venationum emerent, vnde tales etiam nō includerentur in generali prohibitione, ſeu reſcripto quod nullus præſumeret in finibus venari, ſed tantū hi viderentur contineri qui non haberent ius venandi, non autem tales conſtituti in quaſi poſſeſsione tanto tempore cuius initii non extat hominum memoria quod diximus operari vim priuilegii, & conſtituti. ad not. per Gem. in capit. 1. per glo. 2. de iur. calumn. in 6. Quod confirmari videtur optima ratione, quia reſcriptum principis debet ſane intelligi, cum mens principis talis præſumatur qualis de iure eſſe debet, vt not. Bald. in l. ex facto in princ. ff. de vulg. cap. licet vndiq. de off. ordin. & in l. 2. q. notab. C. de legib. pluribus aliis rationibus comprobat Iaſon. d. conſil. 119. ibi in 4. cōfirmatione Decil. verſ. nam reſcriptum. Et eo magis procedit deciſio ſi tolleretur in totum ius alterius quod pertinet niſi ad ſupremum Principem loquendo in caſu noſtro de ſtatuto recognoſcentis ſuperiorem quia iſtud nō poſſunt etiam ſi in eorum reſcripto contineretur clauſula non obſtante, & etiam ſi eſſet caſus in quo Imperator poſſet tollere, ita Alber. de Roſa. in l. quoties C. de precib. imper. offer. vbi Caſtr. Concluditur igitur ex præmiſsis non valere ſtatutum prohibitiuum totius venationis dictis hominibus. Non obſtant modo in contrarium adducta videlicet primo loco valere ſtatutum prohibitiuum venationis ex d. c. 1. §. nemo retia de pace tenen. Nā rn̄detur qd̄ tex procedit quando ex hoc poſſet ſequi turbatio illius pacis publicæ cum multoties ex talibus venationibus ibi orirentur rixe & iniuriç ex quibus de facili potuiſſet deueniri ad violationē illius pacis publicæ ideo ibi prohibentur poni retia & laquei, niſi ad vrſos, apros, & Lupos, ita declarat Aluar. ibi.

Item §.prohibet ſolum venationem artificioſam,quæ fit cum retibus,& laqueis,vel ſimilibus inſtrumentis,& fit ſolum ad p̄dam non autem prohibet venationem quæ fit cum auibus, & canibus,& ſic quodammodo naturaliter ſecund. Mart. Laud. & Card.Alex.ibi d.§.nemo, idem declarat Nat. conſ. 604. nu. 10.alleg. Prępoſ. in d.c.1.§.nemo retia , & Roch.in tract. conſuet.fol.21.

Non obſtat obiectum vbi in ſtatuto,vel reſcripto prohibitiuo adeſſent clauſulæ motus proprii,& ex certa ſcientia , quia reſpondetur quod etiam ſi Princeps aliquid faciat motu proprio non videtur tamen per hoc velle præiudicare tertio, aut iuri tertii ſec.Hoſt.Butr.Imol.& Abat.c.cauſam el.2.de teſtib. gloſ.in clem.ſi Romanus in verbo validam de præbēd. dicitq. Bal.in c.ad aures de reſcript.quod etiam ſi Princeps reſcribat cum clauſula motu proprio tamen eius intentio nō præſumitur eſſe quod alius grauetur,& iniuriam patiatur . Non obſtat ſimiliter clauſula ex certa ſciētia quia talis clauſula nihil operaretur, niſi in his de quibus Princeps præſumitur habere ſciētiam , vt ſunt ea quæ cōſiſtunt in iure non autem in his quæ p̄ſumitur ignorare, vt ſunt facta commertia, & bone conſuetudines locorum ita Bald.in l.fin.C. ſent.reſcind.non poſſ. Alex. conſ. 267. ad fin. & conſ.605.& conſ.23.5. vol.Caſtr.conſ.157. facit quæ not.gloſ.notab.clem.paſtoralis §. præterea in verbo ex certa ſcientia, & ibi Abas de offitio delegati.

QVAEST. XII.

QVAERITVR, de generali prohibitione venationis contra quos ſuum porrigat effectum, Et dicendum quod vbi venatio eſſet hominibus alicuius loci nō ad voluptatem, ſed vtilis,imo neceſſaria ad victum quęrendum, quia inde caperent annuum reditum,iuxta l. item ſi fundi §. aucupiorum ff. de vſufruct.l. venationē, ff.de vſur. & quia fines loci eſſent montuoſi, & ſaltuoſi, & ſic

ſteriles

ſteriles ita quod tempore hyemali iūcta prima parte veris nix eos vt plurimum cooperiret,propter quod tales homines ex venatione neceſsitatibus ſuis quotidianis prouiderent,qua venatione ſublata diceretur eis auferri quodammodo victus, & panis quem ex d. venatione emunt tales homines non includuntur in prohibitione generali venationis, vnde reſcriptum quod nullus in talibus finibus audeat venari intelligitur de nō habentibus ius venandi in loco, ſecus ſi aliquis habeat in loco ex priuilegio tanti temporis cuius initii memoria hominum non exiſtat ad not. per Gemin. c. 1.per gl. 2. ibi de iur. cal.in 6. Iaſon.in conſil.119.ibi tertio facit libr.4.

QVAEST. XIII.

QVAERITVR, an ſi Epiſcopus prohibeat venationem clericis comprehendat omnem venationem; Et dicas quod non,ſed intelligitur de venatione quę alias eſt prohibita non autem de illa quæ alias eſſet permiſſa. ita in ſpecie notat Gemin. in c.1.per gloſ de iur. cal. in 6. not. Iaſon conſ. 119.ibi quarto bene verſ. hoc probatur lib.4.

QVAEST. XIIII.

QVAERITVR, vtrum venationis lucrum ceſſans peti poſsit: Reſpondetur quod non, ob incertitudinē an poſſet aliquid capi, & multa accidere ſolent, vt tamen nil ſequatur ex venatione probariq. certe nō poteſt,vt not.Strach.de mercat.tit.de contract.mercat nu. 5. per l. quemadmodum, §.plane ff. ad l. Aquil. ibi C. plane ſi culpa nautarum id factum ſit l. Aquilia agendum ſed vbi damni iniuria agitur ob retia non piſciū qui adeo capti non ſunt fieri æſtimationem cum incertum fuerit an caperentur, idemq. & in venatoribus probandum cum æquiparentur prout Dec. conſ.196. in princ.ad prædicta notat Paul. in l.non vtiq. §. fin. ff. de eo quod certo loco Rom. ſing.681.Præpoſit.c. iuuenis de ſponſal, Boer, in addit.ad Dyn.rubr.de reg.iur.in 6.Abas in c.

commiſſum de decim. Quod dictum procedit vt habeat locũ in littoribus & fluminibus vti piſcatio certa non eſt,ſed amodo rara & incerta quod plerunq. contingere ſolet ſi quidem piſcatores hac ratione ſæpius eluduntur quam capiant idem argumento de venatione dicitur, At vbi venatio vberrima,& optima eſt ac certiſsima quæ fallere non ſolet profecto tunc amiſsio captus venationis propinquum eſt intereſſe & probabile vnde æſtimari poteſt l.ait. l. ff.ad l.Aquil. vnde impeditus venari ab eo qui iure impedire non poterat agere valet non ſolum ad retia ipſis rupta ſi loquimur de piſcatione,& eorum æſtimationem,ſed conſequenter etiam ad æſtimationem piſcaturæ quæ iuxta tempus & locum certa iminebat ſic & venationis, Quin eſt pręter hanc æſtimationem poteſt & altera in his venationibus conſtitui ęſtimatio, ſi venator certum quoti die lucrum habeat ex pacto quod cum altero pepigerit, vt ei det centum pro cuiuslibet diei venatione, etenim ex hac pactione venator habere debet pro cuiuslibet diei venatione centum & ea ſiue venatio vberrima ſit,ſiue ſterilis.l.ſi iactum ff.de act.empt. arg. a piſcatione , & ſic ab æquiparatis Didac. 2.relect. reg. peccatum §. 8.nu.12.de reg.iur.in 6.ex quo ita notaſſe reperio Sebaſt.de Piſcat.q. 18 part.1.

QVAEST. XV.

QVAERITVR, quæ actio competat pro deteriorata venatiône Reſp. quod quathenus licet dominis ſyluarum arbores excidere poterunt illi ita ſyluis propriis frui quo tamen ipſa venatio deterior non fiat l. 1. §. labeo de aqu. quotid. alioquin ille cui venatio competit quanti ſua intererit à prædiorum dominis per confeſſoriam in rem actionem erunt conſequuturi.l.loci. §.in confeſſoria l. ſi quis diuturno. §.agi ff.ſi ſeru.vendic. quã confeſſoriam directam illi ſoli exercebunt qui iuri venandi ex immemorabili tempore præſcripſerunt quod ſi dolo malo proprietarii ſyluarum inuentionis detrimentum verſarentur actionis doli quoque non iniuria fierent rei l. 1,§. deniq. l.ſi in meo ff. de aqua pluu. l. ſi eo ff.ſi

ſeru.vendic.Zoa.l.2. n.208.C.de pact.inter empt. & vendit.ita not.Sebaſt.de aucup.q.3.part.2.

QVAEST. XVI.

QVAERITVR, an conſuetudo prohibens venationẽ valeat Reſp. quod non ſecundum id quod not. Nata in conſ. 375. nu.4.ea ratione quia id competat iure naturæ, vt Card. poſt Hugut.in cap. ius naturale 1.diſtinct. & idem tenet Roch.de Curt.in tract. conſuetud. fol. 21.cui ſententiæ videtur accedere Ariſtoteles qui in politicis inquit homini naturaliter conceſſum eſſe dominatum in belluas ideo licite tamquam dominio ſuo ſubiectas capere eas poſſe venando quod conuenit etiam cum ſacris literis conceſsit namq. Deus eſum carnium poſt diluuium homini vt habetur Geneſ. cap 9.Vnde etiam cenſetur conceſsiſſe vt venando capi valeant quia qui concedit conſequens videtur concedere quod neceſſario antecedit c. pręterea de offic.deleg.l. illud l.ad rem mobilem ff. de procur. not. Nat.conſ.604.nu.6. Riminal.conſil.35.num.5. per tex. in l.iniuriarum §. fin. ff.de iniurii ibi ſæpiſsime reſcriptum eſt non poſſe quem prohiberi aucupari nec venari cum æquiparentur Decius conſ.196.in princ.tãquam dicatur conſuetudo irrationabilis vt refert Nata conſ. 522.nu. 12. Sebaſt. de venat.q.5.part.2.hoc idem probat dummodo non ſit in totum prohibitiua. Contrarium tenet Nata conſ.522.nu. 13.valere conſuetudinem prohibitiuam venationis cont. Rochum mouetur ratione quia ſi poteſt quæri ius prohibendi venationem ſubditis accedente conſenſu expreſſo populi prout Decius conſ.196.nu.2.idem conſ.271.in princ. Roland.conſ.9.nu. 12.lib.2.Kirchouius lib.com.opin.19. verbo venatio Riminal. conſ. 35.nu.2.Butr. And.& alii in c. non eſt de decimis,& alias dixi addo Iaſ.conſ.119.lib.4.ita etiã vr̃ tacito conſenſu populi ſicut expreſſo quęri ſicuti & ipſa vniuerſitas poteſt ſtatuere venationem ad ſolos dominos pertinere, vt ibi Nata cuius opinio ſatis mihi cõfert ex præmiſsis. Quod eo magis ꝓcedit qñ dñs loci vel ſuperior vigore cõſuetudinis, & ꝑter eã id caueret

edicto

edicto ſuo, vt de prohibitione piſcandi tradit Faber §. flumina de rer. diuiſ. Pap. deciſ. 514. conſ. 171. nu. 3. Bened. in c. Rainutius verſ. & vxorem nomine Adelaſiam 5. deciſ. nu. 359. de teſtam. & de prohibitione venandi 336. cum ſeq. ita Reſpond. Rocho contrarium tenenti Hypol. Riminal. conſ. 35. nu. 17. Non obſtat quod ipſe Rochus adducit de conſuetudine irrationabili, quia reſp. ex Bald. in l. de quibus col. 13. verſ. & primo quoad primum ff. de legib. vbi concludit quod licet conſuetudo ſit contra rationem generalem ſi tamen habeat rationem ſpecialem quæ non ſit contra diuina præcepta, vel bonitatem morum tenet vnde ſubſequenter quærit ibi in propoſito vtrum valeat conſuetudo quod omnes volentes molere teneantur ire ad meum molendinum, vel omnes emere volentes ligna teneantur venire ad meum nemus, & reſpondet conſuetudinem valere, licet non ſit rationabilis per tex. in l. venditor §. ſi conſtat ff. com. prædior. Innoc. c. ſignificante de app. vltra Bald. facit tex in l. ſi pendentes §. ſi quid cloacarii, ibi ſolet enim poſſeſſores ff. de vſufr. l. ita ex Bald. doctrina reſp. Nata contra Roch. in conſ. 522. nu. 14. & ego cum eo vtrum vero venatio de iure prohibita poſsit per conſuetudinem effici licita Reſp. in hoc Sebaſt. quod non qñ eſſet venatio nutritiua peccati alias ſi eſſet conſuetudo licita, & rationabilis faceret venationem licitam vt Marian. Socin. c. fin. nu. 6. de cleric. venat.

QVAEST. XVII.

QVAERITVR, ſi fuit ceruus in nemore inuentus, & occiſus, vel captus à venatore, an ſit capientis; Reſp. quod ſi ceruus erat domeſticus qui ire, & redire ſolebat quamuis id uenator ignoraret pertinebit ad Dominum. nec tamen ei actio iniuriarum aliqua competit cum probabiliter Venator credere potuerit. ferum eſſe qui ſi ferus eſſet fieret occupantis Doct. §. ceruos inſtit. de rer. diuiſ. Alciat. lib. 11. pareig. cap. 2. Sebaſt, de aucup, q, 15, part, 2.

QVAEST. XVIII.

QVAERITVR, dubium fuit, an ſi fera fuerit fugata a canibus cuius eſſe debeat; Reſp. occupantis, non autem fugantis, quia multa accidere poſſunt ne capiatur.§.illud inſtit.de rer.diuiſ.Alc.libr.11.parerg.c.2.quid autem ſit dicendum de conſuetudine habetur in q. 19.an ſi vulnerata ſit fera uulnerantis eſſe debeat anuè capientis.

QVAEST. XIX.

QVAERITVR, cuius eſſe debeat fera vulnerata in uenatione an vulnerantis, an capientis, Reſp.quod de hoc habemus tex.Clar.in §.illud inſtit.de rer.diuiſ. ibi illud q̄ſitum eſt an ſi fera beſtia ita uulnerata. ſit ut capi poſsit ſtatim tua eſſe intelligatur,& quibuſdam placuit eſſe tuam, & eouſq. tuam videri donec eam perſequaris quod ſi deſieris perſequi deſinere eſſe tuam,& rurſus fieri occupantis, Alii putarunt nō aliter tuam eſſe quam ſi eam ceperis, ſed poſteriorem ſententiam nos confirmamus quod multa accidere ſoleant, ut eam non capias, requiritur ergo ut in uenatione non ſolum quod quis vulnerauerit,& inſequutus fuerit,ſed & ceperit ita & per illum tex.D.Nata conſ.604.nu.5.Riminald.conſ.35.nu. 16.per l.naturale §.illud de acquir.rer.dom. qui ibi dicunt procedere etiam ſi in laqueum inciderit meum, quia non efficitur mea donec manualiter capiatur.l.in laqueum ff. de acquir. rer. domin.Didac.reg.peccatum 2.relectione §.8.num.12. ibi poſtremo,Et quod debeat eſſe capientis idem probat Cepoll. de ſeruit.ruſticor.prædior.tit.de aucup.nu.5.gloſ.autem in l.naturalem §.illud de acquir.rer.domin. dicit quod de iure longobardorum debet uulnerans expectari per horas 24. inde occupantis fit l.pen.de venatoribus de conſuetudine autem quid tenendum ibi gloſ. d.l. naturale dicit opinionem Trebatii præualere,ita & apoſtill, vt ſcilicet fiat uulnerantis de qua conſuetudi

ne

ne teſtatur Did.c. ex præalleg. gloſ. loco pręcitato & eam refert Alciat.lib.4.parerg.cap.2.Bart.in l. quominus. q. 5.de flumin. Sed Sebaſt. de aucup.q.18.part.2. putat ita conſuetudinē ſcilicet dimidia eſſe vulnerantis aliam capientis niſi vulnus eſſet adeo lethale vt nihil accidere poſsit quin capiatur a vulnerante quando fuerit probatum vulnus quod nota ſecundum eum. tex. autem præallegati nec Doct. hoc non probant niſi Sebaſt. hoc decidat more ruſticorum nec tibi nec mihi ſed diuidatur amplectendo mediam ſententiam arg. §.cum ex aliena de rer. diuiſ. quod arg. an procedat pondera §. ferę verſ. quicquid de rer.diuiſ.inſtit.

QVAEST. XX.

QVAERITVR, num ſi fera inciderit in laqueum meum, vt ab alio capiatur efficiatur capientis; Reſp. quod non efficitur mea, etſi inciderit in laqueum meum donec manualiter capiatur ita Hypolit. Riminald. conſ.35.nu.16.& Nata conſ. 604. nu.5. Veron. de ſeruit.tit. de aucup.nu 4. per l.in laqueum ff.de acquir. rer.domin. vbi Bart.per quem text.dicit Sebaſt.q. 2. de aucup. aduertendum ibi in laqueum quē venandi cauſa poſueras aper incidit cum eò hæreret exemptum eum abſtuli Num tibi videor tuū aprum abſtuliſſe & ſi tuum putas fuiſſe ſi ſolutum eum in ſyluam dimiſsiſſem eo caſu tuus eſſe deſiiſſet, an tuus maneret, & quā actionem mecū haberes ſi deſiiſſet tuus eſſe num in factū dari oporteret q̄ro, Reſpon. videamus num interſit laqueū in publico, an in priuato poſuerim & ſi nō in publico ſed ſi in priuato poſuerim vtrum in meo, an in alieno, & ſi in alieno vtrū permiſſu eius cuius fundus erat, an nō permiſſu eius poſuerim præterea vtrum in eo ita hæſerit aper, vt expedire ſe non poſſet ipſe, an diu luctando expediturus ſe fuerit ſummam tamen hanc putat eſſe Sebaſt. vt ſi in meam poteſtatem peruenerit

meus

meus factus ſit, ſi autem aprum meum factum in ſuam naturalem laxitatem dimiſiſſem eoq; facto meus eſſe deſiiſſet actionem mihi in factum dari oportere veluti reſponſum eſt cum quidam poculum alterius ex naue deieciſſet ita Sebaſt. not. ex d.l. Alcia. lib. 11. parerg. c. 1. dicerem tamen in his ſeruandam conſuetudinem loci, vel ſtatutum ſi reperitur, aliter tenēdum vt ſup. ita Veron. vbi ſup. & mihi placet.

QVAEST. XXI.

QVAERITVR, num clericis venari liceat, eo magis ex corde Diuino implorato præſidio cum aggrediar perſonas Eccleſiaſticas, videbatur dicendum quod liceat Primo quia venatio, ſeu facultas venandi eſt de iure naturali, ſeu gentium ex com. concluſione Doct. vt dicit Rolan. conſ. 9. nu. 2 per l. 1. 2. 3. ff. de acquir. rer. domin. Dec. conſ. 196. nu. 1. circa fin. Iaſon conſ. 119. ibi pro iſta communi §. feræ inſtit. de rer. diuiſ. not Hypolit. Riminald. conſ 35. nu. 1. Nat. conſ. 375. nu. 1 per l. vſumfructuarium venari ff. de vſufr. c. ius naturale, 1. diſtinct. arg. etiam tex. in l. iniuriarum, §. fin. ff. de iniur. ibi ſæpiſsime reſcriptum eſt quem non poſſe prohiberi aucupari, ergo nec venari cum iſta duo æquiparentur. vt Dec. præcit. conſ. in princ. not. ad q arg. Nata conſ. 522. nu. 26. & conſ. 604. nu. 1. quibus in locis præfati Doctores dicunt hoc ius venandi non poſſe tolli per principem, nec eius reſcripto, vt ibi Iaſon, Rimin. Nat. Roland. num. 12. mouentur ex deciſ. Ant. de Butr. Ioan. And. Cardin. & alior. in c. non eſt de decim. vbi ſingulariter dicūt cum Anton. quod ſi Dominus faciat ſtatutum, quod nullus poſsit venari in tali loco non valet, quia dicitur inferre violentia, ita Dec. conſ. 271. in princ. Ruin conſ. 28. & contraueniens non debet timere licet de facto poſsit cogi ſoluere pœnam, vt Rol. ibi num. 12. Afflict. in conſtit. regn. ſcire debemus in fin. Kirchouius libr. com. opin. 19. verbo venator quod & comprobari videtur, quia ius naturale ſit immutabile, vt Nat. d. conſ. 604. nu. primo. & dictet naturalis ratio vtq. in nullius bonis ſunt occupante concedātur ſicut lapilli, &

gemmę in litore maris inuentæ quæ apprehendenti quęruntur §. item lapilli inſtit.de rer.diuiſ. Secundo alia ratione idẽ videbatur dicendum,quia piſcatio, & venatio æquiparantur. Decius conſ.196.in princ.At Clericus poteſt piſcari, & leguntur etiam Sancti piſcatores,vt probatur c. Eſau 86. diſtinct.ita dicit Beat.Hyeron.quem refert Veron.de aucup. nu.11.habet enim piſcatio exemplum bonorum virorum nempe Apoſtolorum quos piſcantes Saluator noſter ad ſe vocauit, & iuſsit tendi retia.ut Luc.c.10.& cap vltim.Menoch.de arbitr.libr.2. cent.5.caſ.413.num.20.ergo. His tamen. non obſtantibus contrarium arbitramur ne licere clericis venationem exercere.p c.1.de cleric.venat.vbi Doct.ibi Epiſcopum,Presbiterum, aut Diaconum , canes,aut accipitres,aut huiuſmodi ad venãdum habere non licet quod ſi quis talium perſonarum in hac volũptate ſæpius detentus fuerit, ſi Epiſcopus eſt tribus menſibus a communione , ſi presbiter duobus, ſi Diaconus ab omni officio ſuo ſuſpendatur ; & c.2.eod.tit.ibi omnibus ſeruis Dei venationes,& ſyluaticas ſagitationes cum canibus, & accipitres, aut Falcones habere interdicimus.conc. c.1.34.diſtinct. c.Eſau 86 diſtinct.not.Menoch.vbi ſup.nu.2.& nu.14. Nat.conſ.604. nu.2.per c cum Apoſtolus de cenſib.Hypol. Rimin.conſ.35.n. 14. Quam deciſionem negatiuam venationis contra Clericos ſaluis tamen infra notatis declarationibus confirmo , & optimas adduco rationes; Prima igitur ratio ſit illa quare interdicatur venatio clericis,quia venatio non fit ſine clamore, & qa in venatione adeſt delectatio in qua dum uenator eſt non poteſt de Diuinis cogitare.ita gloſ.fi.in c.Eſau 86. diſtinct.ſunt.n. tales Clerici in ſorte Dei,& ad eius obſequia ſpetialiter aſſumpti c.Cleros,& c.Clericos 21.diſtinct.c.cum ſecundum Apoſtolum de prębendis gloſ. c.omnibus de Cleric.venat. vnde non debent huiuſmodi miniſteriis vacare per quæ cõtingit eos vagari,& a Diuinis officiis retrahi,ita Nat.conſ.604. nu. 3. refert Butr. ibi quod dicit non ualere contrariam conſuetudinem, Alia ratio adducitur,quia venatio fit cum maiori ſumptu, comeduntq. beſtiæ quod Chriſti pauperes alere deberet contra illud Euangelii non eſt bonum ſumere panem filiorum, & da-

re canibus,vt Menoch.ubi ſup.nu.15. Item quia carnes ferinæ luxuriam fouent,& vitia ſubminiſtrant, quod ſecus faciunt piſces,ideo tempore ieiunii illę prohibentur, iſti permittuntur; Item alia adducitur ratio quia venatio eſt proximior crudelitati, quam piſcatio; Item quia venatio magis affert periculũ vitę homini quam piſcatio quoniam vt docet experientia interimuntur ſæpè homines a feris,vel ſemet impetu aliquo prę cipites agunt in illis perſequendis quod raro contingit in piſcatione. Item quia venatio eſt minus decora quam piſcatio, & minus grauis quid enim turpius quàm huc, & illuc pedibus curſitãtem, aut equo volitantem videre clericum; Item quia venatio caret exemplis ſanctorum c.Eſau 86.diſtinct. ibi Eſau venator erat quia peccator erat, & penitus non inuenimus in ſcripturis Sanctis Sanctum aliquem venatorem,piſcatores inuenimus Sanctos cum piſcatio ipſos habeat Apoſtolis ante, & poſt Reſurrectionem Chriſti,imo Chriſtum ipſum approbantem, & iubentem retia tendi, ac de piſcatione comedentem; Item quia perſequi feras appetitus magis,& luxuriæ quam rationis vel neceſsitatis eſſe cognoſcitur; Item propter damnũ quod infertur dñis agrorum a venatoribus. Item propter rixas multas quæ oriuntur inter venatores, & inter dños agrorum prohibentes ingreſſum eorum quæ rationes cum ceſſent in piſcatione vnum prohibetur alterum permittitur. Item & vltimo loco adduco rationes ſcilicet quod venatio clamoris plena, & ob id immoderata ſit,atq; ita Clericis quibus honeſtas maxime decet minime apta, quod ſi venari eis liceret conceſſa cenſeretur in antecedens facultas alioquin deteſtanda habendi, atque alendi canes, accipitres, & his ſimilia domi cum tantum Eccleſiæ bona ſint clericis conceſſa,vt ſuæ Eccleſiæ, & pauperum neceſsitati ſubueniatur. Non enim bonum eſt ſumere panem filiorum, & dare canibus quam ſane rationem probet gl.in c.Eſau 86.diſtinct.Turr.Crem.in c.qui venat.ead. diſt. Raimald.conſ.lib.3.Indag.Iuris c.14.q.alios citat Menoch. caſu 413.nu.15.lib.2.cent.5.de arbitrar. Cæterum quia omnis venatio non ita abſolute prohibita eſt,de ſingulis aliqua dicenda ſunt qua in re ita diſtinguendo dicas, aut loquimur de venatione

natione hominum oppreſsiua,& hæc indiſtincte omnibus Clericis prohibetur quibus interdicitur pugnare etiam cum infidelibus, niſi defenſionis cauſa c. ex multa de voto, ita Sebaſt. de aucup.q.1.nu.2.part. 1.per c.non eſt § His itaq. 6. diſtinct.& q.8.nu.13.gloſ.in verbo voluptate c.1.de Cleric.venat. Tabie. in ſum.verbo venatio in princ.gloſ.in c. qui venatoribus, 86. diſtinct. Bertach.verbo venator.verſ.3 in princ.repert. Ioan.a Turr.Crem.d.c.qui venatoribus nu.26.Menoch.loco prȩcitato nu.3.4.& not.Frāc.Marc.deciſ.529.nu.5. quod fuit ſumptũ a Gen. c. 10.Abbas d.c.1.de Cler.venat.Aut loquimur de venatione adulatoria, & illa quoq. prohibita eſt omnino gloſ.in c.1. de Cleric. venatore c. qui venatoribus,vbi gl. 86. diſtin. & 46. diſtinct. ſunt nonnulli, & 6.q.1. ſunt plurimi c. ve qui dicitis 11. q.3. Sebaſt.vbi ſup.nu.3.& 15.Abas d.c.& Bertach, vbi dicunt fore peccatum dare aliquid iſtis mortale. Aut loquimur de venatione arenaria, & iſta interdicitur omnino Clericis, vt not.c.1. de cleric.pugnat.Sebaſt.ibi q.1.num.4. par.1.& q.8.nu.16 per c.i.de cleric.venat. vbi Abbas not.Firm. repert. verbo venatio, verſ. 3. Silueſt. in ſumma verbo venatio Tabie.in ſumma ibid.per c. qui venatoribus.86 diſtinc. Menoch. vbi ſup.nu.9.niſi hoc fiat ex cauſa neceſsitatis ad mortem euitandam,vt Menoch. ibi nu.9.a quo dicit Abat. non diſſentire, in c.1.de Cleric. venat.& ſumiſt. oēs in verbo venatio Franc. Marc. not.deciſ.529.nu.2.Aut loquimur de venatione clamoroſa,uel ſaltuoſa quæ fit cum Canibus,& illa non eſt licita Clericis, vt not.Sebaſt.de auc.q.1.nu.5.part.1.gl. in verbo uoluptate c.1.de Cleric.venat.facit gl.in c.Eſau 86.diſtinct. declara tñ, prout Abas ibi verbo,& Sebaſt.q.8.nu.pen. Bertach.in repert. venatio verſ.3.& dixi alibi in q. an uenatio ſaltuoſa ſit licita, & clamoroſa ad quod eſt animaduertendũ ad dicta Menoch. ubi ſupra num.10.& Sylueſtr. in ſumma, ubi uidetur innuere, quod ubi ſit ſine clamore licita ſit; Aut uero loquimur de ea quæ fit cauſa recreationis gratia, & tempore congruo, ſi raro fiat ad excitandum appetitum, & ualetudinis cauſa propter morbum præcedentem eſt licita,c.dilectus de homic. arg. c.1. de Cleric.uenat.dum dicitur ibi in hac uoluptate ſæpius detē-

ti,

ii,ſecus ergo, ſi rariſsime non cauſa uoluptatis, ſed neceſsitatis Piſan.in ſum.in verb.venatio Menoch.vbi ſup,nu. 16.alleg. Card.a Tur.Crem.& Bened in c.Rainutius in verbo vxorem nomine Adelaſiam nu.875.de teſtam.Diaz in prax. Canon. crimin.,c.61.nu.13. Vnde ex præmiſsis poſſes tenere concluſionem quod omnis venatio dicatur illicita clericis fiat tamen licita cauſa ſanitatis tuendæ, & recreationis ſi non ſit nimis frequentata,& clamoroſa vt Piſan.ibi notat in ſumma ponere tamen laqueum,vel rete ſine ſtrepitu,& clamore, & canibus licet etiam Clericis cum monacho liceat etiam texere linum ꝓ capiendis piſcibus dummodo frequenter non inſiſtant gloſ. 3. c. Eſau 86.diſtin. Abbas, & Doct.c.1.de cleric.venat. clem.1.§. porro de ſtat.Monach.Innoc.& Abas c.dudũ el 2. de ellection. Felin.c.auditis de pręſcript. Didac.reg.peccatum 2. relect.§.8. nu.3.de reg.iur.in 6. Silueſt. verbo venatio ibi ponere autem Firman.in repert.verbo venatio verſ.3.in fin.Sebaſt.de aucup. q.8.nu.18.His ita rationibus firmata noſtra,concluſione;Non obſtant arg.in contrarium, Et primo quod facultas venandi ſit de iure gentium, ſeu naturali quia reſpondetur nihilominus poſſe per Papam limitari,ſeu diſtingui cum cauſa ſitq. immutatum de iure Canonico,vt notat Riminald.conſ.35. num. 14. Abas in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. Cauſa vero ſubeſt ne a Diuinis officiis retrahãtur in quibus ius publicum verſatur l.1.§.ius publicum ff.de iuſtit.& iure ibi clare dicitur ius publicum in ſacris, & Sacerdotibus verſari faciunt quæ dixi in q.de Principe prohibẽte venationem vbi late ipſum poſſe limitare,& diſtinguere ius gentium ſeu naturale ex cauſa allegata vero in contrarium procedunt,vbi ſine cauſa id faceret Princeps. Non obſtat ſecundo loco arg. ab æquiparatis, vt eſt piſcatio, & venatio quia procedit ſi eadem ratio ſit in vno quæ, & in alio, ſed venatio fit cum clamore, ſecus piſcatio ideo potius permiſſa glo.fin.cap.Eſau 86.diſtinct.ad not.etiam ſuperius.

QVAEST.

QVAEST. XXII.

QVAERITVR, num venatio capta venatione prohibita Clericus teneatur reſtituere, & dicas quod non. ita Reſp.Menoch.caſ.413.nu.19.lib.2.cent.5. de arbitr.ſed illa ſibi acquirunt vt Didac.reg.peccatum 2.relect.§.8. n. 3.etiã in animæ iudicio Sebaſt.de aucup.q.8.nu.fin.part.1.idem Sebaſt. q.7.nu.12.

QVAEST. XXIII.

QVAERITVR, num venationi prohibitę poſsint Clerici intereſſe videtur quod non præterquam ſi ſint Clerici ſeculares ita Bonifacius Vital.clem.1.§.porro. nu.11. de ſtat.monach.

QVAEST. XXIIII.

QVAERITVR, nũ liceat clerico alere canes venaticos accipitres ex reditibus Eccleſiæ,& alia apta ad venationem domi tenere, Reſp quod non. ita Abas in c. 1.2.notabili. de cler.venat.Sebaſt de auc. q 8. nu. 7.in fin. faciunt notata a Bonifac.Vitalin.in clem.1.§. porro. nũ.7.de ſtat.monach. ex li oratio de ſponſal.ſi n.prohibetur venatio Clericis, ergo & canum detentio per quos peruenitur ad venationem, idem dicas de Epiſcopo,ac aliis Eccleſiaſticis d.c.1. de Cleric. venat.

QVAEST. XXV.

QVAERITVR, num Clerici venatores venatione ꝓhibita excuſentur vigore conſuetudinis, Reſp. quod nõ. ita Nata conſ.604.n.3.ex Ant.de Butr. quem ibi refert nec ad hoc operaretur prę́ſcriptio, ita Hoſtien.de cler.venat. Rationem adducit,quia talis conſuetudo eſſet nutritiua peccati pro

quo

quo facit,quia venator currit per deuia ſicut Diabolus conducit animam captiuam ſec. Goſt.in ſum. de Cleric. venat.quem Ioa.de agnat.d.c.1.not.Marc.deciſ.529.nu.9.

QVAEST. XXVI.

QVAERITVR, num Epiſcopis, presbiteris, Diaconis, Subdiaconiſq. liceat venari, Reſpon.quod de hoc text.habemus in c.1.de Cleric.venat.vbi Epiſcopum, presbiterum,aut Diaconum,canes,aut accipitres, aut huiuſmodi ad venãdum habere non licet quod ſi quis talium perſonarum in hac voluptate ſæpius detentus fuerit puniatur quę pena qualis eſſe debeat dicam ſuo loco habetur, c.quorũdam & c.Epiſcopum 34 diſtinct.& c.omnibus ibid. Hanc tñ cõcluſionem licet d.c.1.de Clerico venator.videatur omnino ꝓhibere , vt dicit etiam Piſan. in ſumma verbo venatio intelligas non procedere cum id facit cauſa recreationis honeſtæ, vel ex neceſsitate,ſcilicet,vt ſanitatem defendat. Nam his caſibus licet venari,ita Abas c.1.de Cler.venat. & Angel. Clauaſ. & Sylueſt. in ſumma verbo venatio Card.de Turr. Cremat.in d. c.qui venatoribus nu. 4 poſt Archid. ibi & alios 86. diſtinc. Menoch.de arbitr.caſ.413.nu.14.lib.2.cent.5. Franc. Marc. deciſ.529.nu.9.ubi idem de aliis prælatis dicit. Nec obſtat quod contrarium videbatur dicendum omnino prohibitam videri ex d.c.quorundã quia ibi loquitur de Epiſcopo,& text.ſe fundat ibi non tantum ſuper venatione, ſed quia ibi tenebat ſororem iuuenem in domo , & ponebat manum ad mamillas , ita March. ibi in deciſ. vel reſpond. quod ibi nimis erat deditus venationi ſecus ſi rariſsime vt Abas.c.fin.de Cler.venat.facias igitur concluſionem quod prælati , & alii Eccleſiaſtici pñt venari ſi raro,& non cauſa voluptatis,ſed neceſsitatis,vel recreationis neceſſariæ ad excitandum appetitum ob infirmitatem præcedentem, vel ſi habeant reditus in venatione, vt in Francia,& adhibitis rete canibus, & laqueis cum ſilentio,& modeſtia,niſi tempore quod debet viſitare,vel ꝑdicare,c.cum Apoſtolus , §. Archidiaconi de cenſib.& ſic intellige illud ne Cler.

vel

vel monac.c. 1.intelligendo ſemper iura in contrarium de his qui nimis mentem talibus implicant venationibus, ſecundum Hoſt.quem refert Sylu.& Tabic.verbo venatio.

QVAEST. XXVII.

QVAERITVR, num monacis liceat venari. Rñdetur de hoc eſſe tex.in clem.1.§.porro de ſtat. monach. & per d.tex.Hipol.Rimin.conſ.35.nu.14.Nata conſ.604. nu. 3.per c. 1.34.diſtinct.eo quod non licet talibus huiuſmodi miniſteriis vacare per quę contingit eos vagari, & a diuinis retrahi, put de aliis Clericis dicatur, & verba ſunt tex. porro à venationibus ſemper abſtineant, nec eis intereſſe,aut canes, vel aues venaticos per ſe vel per alios tenere pręſumant, nec a familiaribus ſecum morantibus teneri permittant,niſi ſaltus, uel garenas proprias,vel uiuaria,uel ius uenandi in alieno haberent in quibus cuniculi,vel feræ aliæ forſan eſſent quo caſu hoc eis ꝑmittitur dum tamen intra monaſteria, ſeu domos quas inhabitant,aut eorum clauſuras venaticos canes non teneant, nec uenationi præſentiam exhibeant perſonalem per quem text. ita not.Franc.Marc.deciſ.529.nu.11. Notatur igitur quod monacis interdicitur intereſſe uenationibus ea ratione, quia ſit actus diſſolutionis,& uagationis contrarius ſuæ conditioni monachali. quam uouit, de qua in l.decernimus. C. de Epiſco.& Cleric.concord.c.ſnīa ne cleric. uel Monac. Non obſtat quod adduci poſſet de c.omnibus de Cleric.uenat. ubi ſolum interdicitur ſeruis Dei venari cum canibus accipitribus, & Falconibus non autem intereſſe quia ibi in Clericis ſecularibus hic in monacis,unde uidetur reprobare opin.Hoſtien.ſecund.glo. & Gem. qui in d.c.omnibus dicit quod Clerici etiam religioſi poſſunt per ſeipſos etiam uenari quando reditus eorum conſiſtunt in venatione,quia non faciunt hoc cauſa vagandi, ſed cā ſubueniendi eorum neceſsitati, & prouidendi utilitati Eccleſiæ ad quam tenentur 7.q.1.præſentium cum concord. in glo. Sed certe uidetur poſſe reſponderi ad tex.d.§. porro prout,& Bonifac.Vital.d.§.num.9.videlicet,vt ſic etiam Hodie ſit ſalua Hoſt.

Hoſt. opin. etiam in religioſis qui tex. ſolum loquitur ſimpliciter, qñ monaſterium habet ſaltus. Nec includit in hac prohibitione caſum neceſsitatis videlicet, qñ ſine hac venatione non haberet monaſterium hanc ſubſtētationem quia ex venatione, & venditione animalium captorum recipitur prætium ex quo ſubuenitur in aliqua parte neceſsitati monaſterii tunc certe caſus deberet excludi ab hac prohibitione ratione prædicta ita cum Vital. reperio tenere Iaſon in conſ. 119. ibi tertio facit lib. 4. qui loquendo de locis quorum fines ſunt montuoſi, & ſaltuoſi, & ſic ſteriles, & tempore hyemali iūcta prima parte veris nix vt plurimum homines cooperit propter quod neceſsitas venandi conſideratur, ſi ergo monaci habeant talia loca non prohibentur per ſuos, vt ipſe Iaſon ex gloſ. perſonalem d. §. porro quod intelligit Vital. ibi nu. 12. qñ bene, & commode illa venatio poſſet fieri per ſeruitores, & miniſtros monaſterii ſicut per ipſos monachos tunc ipſi monaci nec venari, nec intereſſe deberent, alias ſic: Eſt ergo ꝓhibitio dictæ clem. intelligenda ciuiliter alias arg. l. ſi cui ff. de ſeru. Aduertendum tamen quia tex. in d. §. porro dicit de cuniculis ſpecifice, & ſubiicit generaliter vel feræ aliæ, vnde vel ſolum includerentur feræ ſimiles ſpecificatis arg. clem. non poteſt de procur. & l. fi. §. cui dulcia ff. de vin. leg. vel omnes, & tunc gratia exempli de cuniculis dixiſſe videtur; Vnde non limitatur, ut l. 1. §. quod vulgo ff. de vi & vi armat. Ratio eſt d. clem. §. porro, quare non debeant monachi venationi perſonaliter intereſſe. Alia eſt, quia omne ſpectaculum eis ſicut], & cęteris clericis interdicitur: Nā non debent venire, vt ſpectent, vt in auth. de Sanctiſ. Epiſc. §. interdicimus collat. 9 Ex quo ſumpta eſt auth. interdicimus C. de epiſc. & cleric. Et quia ex hoc generatur, & aperitur via diſſolutionis, & euagationis arg. c. omnibus de cler. venat. Nec facit ratio Guil. dum dicit quod ideo prohibetur intereſſe quia per ſuam præſentiam videretur actū conſentire qui reprobus eſt in monacho vt hic arg. c. ex literis de exceſſ. prælat. Nam conſenſus ex hoc inducitur non enim forſan conſentiret quod venatio fieret, ſed ex quo fienda eſt conſentiit videre ita quod præſentia inducit conſenſum videndi non tñ quod

F ſiat.

fiat.Nec obſtat c. ex literis quia ibi ſola præſentia Epiſcopi nõ grauat eum imo interrogatio per eum facta prius, & reſponſio facta prius,& reſpõſio ſequens iudicis cui acquieuiſſe videtur dum fuit præſens in reſponſi executione iudicis arg.l. 1. §. cui adiicitur ff de verb.oblig.Habes igitur ex præmiſsis notare qualiter poſsit monachus ſe habere circa venationem quod ſi contra fecerit qualiter puniatur habetur in §. ſi quis clem. 1. vbi Bonif.Vital.de ſtat.monach.

QVAEST. XXVIII.

QVAERITVR, quæ ſit pœna clerici venantis venatione prohibita Reſp.quod ſi venatione oppreſsiua venati fuerint puniuntur vt homicidæ ex quo faciunt contra præceptum Dei non occides Turre Cre. c.qui venatoribus nu. 2. 86.diſtin.ſicut fuit Nebrot venator.i. hominum oppreſſor coram Dño c.10 Gen.c.fin.§.His itaq. 6. diſtinct. Si vero venãtur venatione arenaria peccant mortaliter,ſi vero locaſſent ad id operas ſuas,tam Clerici,quàm laici efficiuntur infames l. 1. §. item ff.de poſtu. l.2.§ fin.ff.de his qui not.infam.addo tñ caſum vbi Clericus monitus Canonice non deſiſtit deponi non propter venationem,ſed inobedientiam ita Marc.deciſ. 529.nu.9. per c.cum inter de re iud.arg c.quorundam vbi Archid. 34.diſtinct.Io.de Agnat.c.1.de Cleric.venat.Si vero venantur venatione ſaltuoſa, quia Epiſcopum Presbiterum, aut Diaconum canes,aut accipitres,aut huiuſmodi ad venandum habere non licet quod ſi quis talium perſonarum in hac voluptate ſæpius detentus fuerit ſi Epiſcopus eſt tribus menſibus a communione,ſi præsbiter duobus,ſi diaconus ab omni offitio ſuo ſuſpendatur c.1.de cleric vena.c.Epiſcopum 34.diſtinct. eadem pæna qua Diaconus punitur,& Subdiaconus punietur, vt d. Doct.d. c.1.com.& licet impoſita videatur maior pœna minori,quàm maiori quod eſt contra illud c.hon o 40.diſtinct.c. nulli 19.diſtinct.plus tñ punitur hic Eps.& præsbiter,quam Diaconus maior.n.reputatur iſta pœna in Epõ vel preſbitero, quàm ſuſpenſio à beneficio in Diacono,vel Subdiacono propter maius ſcã

dalũm

dalum ex perſona n. conſideratur iniuria §. atrox Inſt. de iniur. ſic & pœna ex perſona iudicatur parua, vel magna ſecundum gloſ. fin. c. 1. de cler. venat. quid autem in clericis in minoribus ordinibus conſtitutis dicũt Doct. Iudicis arbitrio puniri vt Io. And. Hoſt. d. c. 1. & Diaz prax. Canon. c. 61. nu. 7. Iac. Menoch. libr. 2. cent. 5. caſ. 413. nu. 18. de arbitr. quæ autem ſit pœna monaci venatoris Abatis, & aliorum habetur §. ſi quis clem. 1. vbi Bonifac. Vitalin. de ſtat. monach.

QVAEST. XXIX.

QVAERITVR, an venator qui ex venatione lucrum percipit poſsit pro his lucris collectari, & ſic teneatur contribuere; Et Lucas de penna in l. 2. q. 23. C. de quib. muner. vel præſtat. nemin. liceat ſe excuſ. lib. x. dicit quod ſic eo quia capit quod nullius eſt, & ſic ſuum facit ff. de acq. rer. dom. l. 1. & 3. & quod pro his lucris venatores ſint extimandi tenet etiã Roland. a Vall. conſ. 66. num. 28. vol. 1. deducto tñ pretio quod ſoluitur Dño, idem non conſequi immunitatem a patrimonia li munere ob venatoriam profeſsionem dicit Thomat. de col lect. fol. 396. per l. venatoribus C. de excuſ. muner. in qua venatoribus immunitas ob hanc profeſsionem ſolum nullo iure conceſſam probari poteſt quia profeſsio eſt illa negotiatio quam quis profitetur ſuper arte, mercimonio, aut ſcientia argumento l. profeſsio C. de muner. patrim. & omnis negotiatio præſupponit peculium, ſiue paruum, ſiue magnum l. ſemper. §. negotiatio ff. de iure immunit. & ex venatione reditus percipitur l. quæſitum §. & ab aucupio ff. de fund. inſtruct. Dicit tñ Thomat. ſecus ſi nutrimenti cauſa ex venatione lucrum aliquod perciperet quia tunc non eſt profeſsio, & per conſequẽs negotiatio, ideo muneribus non grauabitur c. decimas 16. q. 1.

QVAEST. XXX.

QVAERITVR, an liceat venatoribus tenere arma domi venationis cauſa, & an portare, Rñdeo vtiq. licere.

re.ita doctiſs.Rol.a Vall.conſ.3.nu.7.part.2.per tex.in l. 1.ff.ad l.Iul.de vi publ.& l.qui dolo verſ.exceptus cod.item licere qđ portentur dicit per l.quęſitũ §.ſi in agro venationis ff.de fund. inſtruct. Afflict.in c.1.§.ſi quis ruſticus de pace tenend. & in cõſtit. intentionis col. 2.verſ. quintus eſt caſus contrarium videbatur ex l.1.C.vt vſus armor.& in auth.de armis ſol.dicit Bar. in d.l.1.ff.ad l.Iul.de vi public.quod illam cõſtitutionem, vſus communis non approbauit prout, & ita conſuetudine obſeruari teſtatur Ang.ibi nu.3.facit Rol.not.d.conſ.nu.35. Ego autem dicerem attendendas principum conſtitutiones ſolitas ꝓmulgari ad conſeruationem venationis circa delationem armorum num ex verbis colligatur permiſsio, ſiue prohibitio.

Et ex his ad laudem Dei omnipotentis, ac Beatæ Virginis, nec non Sanctæ Catherinæ cuius Congregationi in Ciuitate Vercellarum me toto corde dicaui ſit impoſitus finis huic materia Venationis, & eſt opuſculum ſecundum poſt iam editum tractatum per me de appellatiua verborum vtriuſq. iuris ſignificatione, cuius ſecunda pars iam eſt parata impreſsioni, vna cum tractatu reconuentionis, & retentionis ex nu. 22.iam ordinatorum ſub noua inuentione DEO fauente.

VERCELLIS.

Apud Io.Franc.Pelliparium, & Franciſcum Bonatum.

Ex licentia Superiorum.

ANNO M. D. LXXXX.

Biblioteca Nazionale V. E. III Napoli

59 2145

ANT 1409689